

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

GVLIELMI BVDAEI,
Confiliarii Regii , libellorū-
que magistri in prætorio, altera
editio Annotationum in Pan-
dectas.

P A R I S I I S

Imprimebat Michaël Vascosanus sibi, Roberto Stephano,
ac Iohanni Roigni, affinibus suis.

M. D. XLII.

Cum Priuilegio Regio.

G V L I E L M V S B V =

dæus Dauidi Buresio Consilia-

RIO REGIO IN CVRIA ROTHOMAGENSIS.



Vum certo pridem meditatoq; proposito, Dauid Buresi, vitam ita instituissem, vt mihi nec vxore, nec liberis, nec curis vacanti domesticis, nec cæteris studiorum auocamentis, studioso tamen perinde esse vacaret: ipse necopinatò facto inde abreptus, diuq; ac multum aulicis auris iisdemq; euariatibus iactatus atque exagitatus, aliquot annos vitæ sollicita quadam in inertia dicam an immunitate transégi. In eius inquam operis immunitate vitam egi aliquanditu, quo opere animus meus in secessus ocio, priuataq;


vitæ tranquillitate pasci ac vegetari solebat, vt ambrosia quadã mentium abstrusarum, ac sibi viuientium. Nuper autem mihi conuerso penè euentu, oblata vel reuifendi domum vel remigrandi occasione, cætera quidem ingemiscens, id demum, vt in rebus tantum non comploratis (quæ tunc erat hominum opinio) libens hilarisq; accepi quod dabatur. feci etiam cupidissimè, vt etsi ad ordinem ampliorem interea transire mihi benignitate regia cõtigerat, eandem haud secus voluntatem, idem vitæ exigendæ institutum, animi destinatione retinerem. quanquam nunc foro operam danti quotidianam, non æquè animo indulgendi, libertas constat & prolixitas, atque mihi antè constitit in sinu commentanti Philologiæ. Reddere igitur animum sibi, meq; literarum cultui, velle cœperã, quando tum primum id licere tanto interuallo cœperat. Id verò quo minus expeditè, atque ex sententia facerem, longioris vacationis licentia, dissolutaque remissio animi non leuiter obstabat. imperatas enim operas ipse animus non eodem obsequio accipere obireque poterat. Id quidem incommodum aliquantisper negocium mihi exhibuit, instauratiuam commentandi rationem inire cogitanti: quoad sensim acrius mecum acriusq; agendo, eò aliquando perductus sum, vt commentariorum veluti syluas carie iam & situ squallidas percurrere instituerem, si quid inde fortè exire posset, quod priora nostra eodem tenore subsequeretur, consimiliq; fauore. Huic rei accincto, incumbentiq; forulisq; perscrutadis, exeuntes inde in primis Annotationum reliquiæ, vtcunque olim collectæ ex animaduersionibus in Pandectas, argumētum mihi suppeditare visæ sunt, animū ad vetera (quod aiunt) præsepia quoquo modo admoliendi. Fore enim arbitrabar, si pristinum tandem pabulum agnouisset, tum deniq; vt peregrè nos rediisse hominibus nostris ostēderemus, studiosis etiam quibusdam vt inuenibus desiderium nostri minueremus. At verò vt ab hoc primum opere desitum institutum redauspi

carer, contraquam testatione consignata non semel (vt opinor) facturum me dixeram, homines non pauci in causa mihi fuerunt: quorum in occurſu flagitationes præcidere, tanti vtique eſſe putauī, & tanquam non præſtitæ pollicitationis exprobrationes tacitas, vt ab inconstantia ſemel ego malè audire mallet, quàm ſemper eo nomine nequicquam interpellari. Simul rem pro derelicto habitam & expoſitam, repetere me debere tollereq; aiebant, quum nullus eam fuſtuliffe adhuc videri vellet: nempe vt ieiuni argumenti atque aridi materiam ad doctrinam commendandam, nomenq; illuſtrandum hominis paulo ingenioſioris. Neque enim aliud cauſæ fuiſſe reor, quòd res in medio poſita, à nullo non neglecta adhuc eſſe videatur. Proinde ſeu publicè ſeu priuatim ea de re appellatus, quaſi ſartorum iuris teſtorumque redemptor, tametſi ſæpius conductione renunciata: hoc quicquid eſt, deſungendi gratia dependendum eſſe putauī: atque vt ſemel id nomen mihi expūgeretur, quod iam diu pro inani irritaq; haberi in tabulis publicatis mecum ipſe ratiocinabar, ob ea quæ ſuprà dixi. Id vero Bureſi ſuauiſſime, cum pro noſtra amicitia mutuis inter nos officiis, tuis longè commendabilioribus confirmata: tum verò doctrinæ tuæ merito in vtraque lingua non mediocris, vt parciffimè loquar, tuis velut auſpiciis editum peruulgatumq; volui. Cæterum & à te, & ab optimo quoque doctrinæ elegantioris in iuriſdictione retinentium, aut ſi quis eſt vnus in primis, qui publicam vicem amplius te lætetur doleátve, oblectionem iuris diſciplinamq; rectè ſecúſve conſtitutam: ab eo quaſi ab actore publico, ſtudioſæq; nationis cognitore, hoc mihi non ineptè (vt opinor) cauero: neminem eo nomine à me quicquam amplius petiturū. etiam ſi in ære fortasſe eſt adhuc noſtro nōnihil quod diſſoluere poſſimus, ſi ſummo iure nobiſcum homines experiri pergerent. Nam quum ægrè debitum agnouerim, quod acceptum mihi eſſe latum non ab re exiſtimabam: vix eſt vt bonam aliquam operam in reliquum nauare queam, quod iam è manibus abiecti. Et moribus ita comparatum eſſe noſti, vt qui tarda nomina ſæpius appellando, eaq; ancipitia, habere ſe experti fuerint, & meminerint, eorum ſi partem forte fortuna non minimam in præſens abſtulerint, in reliqua ne magnopere ſolliciti ferè ſint, eorum etiam rationem nullam vt propemodum habeant. Vale. Pariſiis, octauo Calend. Iunias, M. CCCCC.XXVI.

ANNOTATIONES

reliquæ in Pandectas.

Ex libro quadragessimoseptimo Digestorum.



N tractatu de priuatis delictis, capite, Nunquā! Si quis (inquit Vlpianus) alienā ancillam furri puerit & flagellauerit, vtraque actione tenebitur. nam & serui corrupti agi poterit, & furti.) Legendum censeo flagitauerit, ex antiquo vno exemplari: vt sit sensus: Si etiam ancillam surreptam stuprū flagitauerit: hoc est, de stupro vehementius instantiusq; appellauerit. hoc enim significat flagitare. Cicero in Philip. Serius populo Romano hunc vestitum dedimus, quā ab eo flagitati sumus. Flagito *ἐνοχλῶ ἀξιῶν, λιπα-*

Flagitare,

ρῶ, καὶ περσλιπαρῶ significat.

IN cap. vltimo eiusdem tractatus, Nec cogendus erit in crimine subscribere.) Melius & emendatius legitur, in crimen suscribere. Subscriptio huiusmodi non tantum in causis criminalibus, sed etiam in ciuilibus fiebat: vt hodie cum libelli iudici porriguntur subscripti vel à reo, id est litigatore, vel ab eius procuratore. Plinius lib. v. epist. Post hoc Curianus à matre exhæredatus cum cæteris cohæredibus subscripsit centumuirale iudicium: mecum nō subscripsit. id est, controuersiam mouit hæreditatis, testamentum scilicet impugnare vt inofficiosum volens. Idem, Scis te nō subscripsisse mecum: & iam bienniū transisse, omniaq; me vsucepisse. id est, mecum querela non esse expertum. *οἶδα γὰρ ὡς ἐκ ἑλαχυσ δίκην ἐμοὶ τὴν κληρονομίαν.* Hoc recentiores Iuriscōsulti iudicium dictare interdum vocant: & dictare actionem: vt Paulus in cap. actione, titu. Pro socio. Dicitur & edere iudiciū ab Vlpiano, titu. Rem ratam haberi. Subscriptions etiam olim in publicis iudiciis fiebant: sed pœnales nō erant. Cicero in Diuinatione, Verū tamen L. Apuleium esse video proximū subscriptorem: hominem nō ætate, sed vsu forensi atque exercitatione tyronem. Et paulo inferius, Quartum quem sit habiturus, non video: nisi quem fortè ex illo grege oratorum, qui sibi subscriptionem postularunt, cuicumq; vos delationē dedissetis. id est, qui postularunt à vobis, vt ad quencunq; Veris accusatio esset delata, sibi liceret accusationi subscribere. Et rursus, Respō debo nō esse vos tales viros cōmissuros, vt ad causam tantam à me susceptā, mihi creditam, quisquā subscriptor me inuito aspirare possit. Quo in loco Pedianus subscriptores ait eos esse appellatos causidicos, qui adiuuare accusatorem poterant: quos oportebat summissius agere, quā eum quē sequebātur. *ἀντιπρόλογοι ἢ ἀντιπρόκωνιστὰι* à Græcis appellabātur. Ii etiā custodes appellabātur.

Subscriptores.

Custodes,

Aduocatio.
Subscribere
causæ.
Descendere
in causam.

Subscribere
causam.

Fur unde.

Græca ver-
ba Latina
facta.

Autopho-
ros.

Constitutio
iudicij.

ob id enim etiâ ipsi dabantur, ne accusatori corrupto facilè liceret præuaria-
ri. Idem Cicero eodè in loco, Custodem (inquit) Tullio me apponite. Quid
mihi quàm multis custodibus opus erit, si te femel ad meas capfas admisero?
Idem ad Quintum fratrem, Gabinius absolutus est. omnino nihil accusatore
Lentulo subscriptoribusq; eius infantius, nihil illo consilio fordidius. Huius-
modi sunt hodie causidici, qui in causis illustribus perorandis solent adesse ei
qui causam ipsam agit, & eum circumstare, gestuq; & tacita admonitione se ab
eo stare profiteri. Qui & Aduocati & Aduocatio etiam Latinè dici possunt.
Subscribere causæ dici potest id, quod adiungere causæ nunc dicunt: quod &
in causam descendere dicebatur. Cicero ad Atticum libro octauo, Quò minus
mirere si inuitus in eam causam descendo, in qua neque pacis, neque victoriæ
ratio quæsitæ sit vnquam: sed semper flagitiosæ & calamitosæ fugæ. per trās-
lationem de partibus Pompeianis loquēs. Inde factum est vt subscribere pro
assentiri & fauere ponatur. Celsus de Asclepiade loquens, Vltioribus autē
diebus cubantis etiam luxuriæ subscripsit. Traianus ad Plinium, Tuo tamen
desiderio subscripsi: & dedisse me ius trium liberorum Suetonio Trāquillo,
referri in commentarios meos iussi. quo in loco subscripsi potest significare
concessi: subscripto scilicet libello eā de re mihi porrecto. Subscribere cau-
sam, est sententiæ causam assignare: vt apud Ciceronem pro Cluentio, Video
igitur iudices, animaduertisse censores in iudices quosdam illius consilii Iu-
niani, cum istam ipsam causam subscriberent.

IN tractatu De furtis, cap. tertio, Fur est manifestus, quē Græci appellant.)
Reponēdū hoc verbū *αὐτόφωρον*. quem Græci *αὐτόφωρον* appellāt. Fur à Græ-
co dicitur: vt in cap. primo Vlpianus dixit: & Gellius docet libro primo no-
ctium Atti. Nam quod nūc à Græcis *κλέπτης* dicitur, antiquiore lingua *φῶρ* di-
cebatur. hinc per literarum affinitatem phor à phero verbo, Latine fur dictus
est. Phero Latinum verbū factum est fero, vt alia non pauca: cuiusmodi sunt
ago, sto, sisto, lego, pleto, libo, edo, poto, eo, fari. Græcè enim pho dicitur. Ab
ea voce *φῶρ*, verbū *φῶρῶ* factum: quod deprehendo significat. Vnde *κλέπτης αὐ-
τόφωρος*, fur manifestus dictus: hoc est *εἰλημμένος ἑπαυπόφῶρ*, manifestò conuictus.
quod etiam transfertur ad alia. Nam quicumque reus conuictus, dicitur *ἑπαυ-
πόφῶρ αἴλιος*, & *ἑπαυπόφῶρ ἑαλωκώς*, & *κατόφωρος*: vt adulter deprehensus.

IN cap. Quāuis, paulo inferius, eodem sub titulo De furtis: notandum est
verbū constituere. Tamen in initio (inquit Paulus) id est furti faciendi tempo-
re, constituere visum est, manifestus nec ne fur esset. Cōstitutio iudicii est cō-
trouersia quædam iudicium præcedens: vulgo (vt opinor) finem non proce-
dendi vocamus. Cicero in Partitionibus, Atque etiam ante iudicium de con-
stituendo ipso iudicio solet esse cōtentio: cum aut sit ne actio illi qui agit, aut
iāmne sit, aut num iam esse desierit, aut illāne lege, illīne verbis sit actio, quæ-
ritur. Idem in Verrem actione tertia, Amici eius recusare ne quod nouum iu-
diciū, neque ipsius cognitio, illo absente de exiſtimatione eius constituere-
tur. Constituendum igitur ab initio, id est iudicis interlocutione pronuncian-
dum aut definiendū est, vtra actione agere debeat qui furti acturus est. de quo
verbo satis multa in priore editione dicta sunt.

Quod

Quod autem paulo inferius sequitur: Nec manifestum furtum quid sit, apparet. nam quod manifestum non est: id scilicet nec manifestum est. ex verbis legis duodecim tabularum sumptum est. olim enim nec pro non dicebant: Nec pro nō. quod etiam hodie in quibusdam dictionibus usu inualuit. Cicero libro tertio de Legibus, Senatori qui nec aderit, aut causa aut culpa esto. Verba sunt legis antiquae, quibus hoc significatur, Senatori qui ad Senatum vocatus nō conuenerit, aut culpam imputari oportere, aut iniungendam necessitatem causae legitimè excusandae. Sic Terentius in Heauton. Vt hanc laticitiam necopinanti primus obiicerem. pro non opinanti. Sic Cicero in Offic. bona necopinata, pro inopinatis dixit: & Liuius necopinato pro inopinato, id est ἀπεσδοκίτως. & Necopinanteis aggredi statuit, Tranquillus in Augusto.

IN cap. Falsus, siue id legē potius (vt mos inualuit) appellare libet. qd ergo. sic locus restituendus, Quid ergo si ea quae dicunt Graeci μίλωνρα, petat? cuius vocis vestigia exilia in antiquo exemplari extabant, quod vidimus: alioquin δαχέλια ipse legerē. Menytrum Graeci tam indicium, quam indicis praemium vocant. Vlpianus ipse indicium appellauit alibi supra De cond. ob turpem causam. Sed plurali numero ferè ista enunciantur vocabula, non singulari. Apud Lysiam μίλωνρα pro impunitate accipitur, quae est praemium sese & cōscios indicantis. Sic σωτήρια. sic χειρίδια, ὑδινία, & alia. Herodianus, σωτήρια τε τῷ βασιλεὺς ὁ δὴ μὲν μετὰ τὴν ἰορτὴν ἐπαυγύριζε. Idem, ἀμολόγι τε χειρίδια, καὶ ἔδνε σωτήρια. ludos & sacrificia significans diis facta pro detecta & comperta in Commodum Caesarem coniuratione. Euangelia, praemium ob iucundum nuncium. Cicero ad Atticum, O suauis duas epistolas, quibus euangelia deberi fateor. Isocrates pro sacrificio accepit in Areopag. δαχέλια δὲ δὴς ἢ τεὶς περὶ καμὲν. Homerus ὁδυσσεύς ξ, pro praemio nuncii singulariter dixit, εὐαγγέλιον δὲ μοι ἔστω. Apud nos ignes nocturni fiunt euāgeliorum nomine. Sic epinicia celebrantur apud nos, cum supplicationes decernuntur obsecrationesq; solennes, & cum canticum palmarium & laureatum canitur ob partam victoriam. Atque etiam euangelia decernuntur aut ob filium Principi natum, aut ob alium quenuis nuncium hilariorem. Lucianus epinicia pro epulo posuit victoriæ causa dato. Tranquillus in Nerone usus est. Affirmauit latum inter latos cantaturum epinicia.

IN eodem tractatu De furtis, cap. Si quis uxori. Si quis asinum. locus sic farciri potest, Si quis asinum meum coegisset, & in equas suas ὡς τῇ ὀχέῃ duntaxat captum admisisset: furti non tenetur. quanquam coegisset verbum parum hic cōuenire videtur, pro cōclusisset vel abegisset. Admittere, est marem foeminam, aut mari foeminam admouere ad initum. Columella lib. vii. Patruus meus arietes ferros mercatus, quosdam in agros transtulit, & mansuetos tectis ouibus admisit. Plinius lib. x. Equas autē post tertium diem, aut post unum ab enixu vtiliter admitti putat: coguntq; inuitas. Et admissura. Columella eodem libro, Nec admissurae certa tempora seruētur. Sic Genesis. xxx. cap. Quando verò ferotina admissura erat, & cōceptus extremus: nō ponebat eas. Iuuenalis poeticè dixit, Iam fas est, admitte viros: Satyra sexta. Inde etiam admissarius equus, asinus, vel taurus, ad initum electus. Columella, Quidam praecipunt eodē ritu quo mulas admissarium faginare, vt hac fagina hilaris plurimis

foeminis sufficiat. Græci admittere βιάζαν dicunt. Aristoteles de suibus, αἱ δὲ ὀρεῶν βιάσῃ, μία ὀχρεία ἀρχαῖ. Itidem Plutarchus in Lycurgo. Herodotus ἐμείναι, quasi admittere ad verbum dixit. sic enim in Thalia scribit, τέλος δὲ ἐπὶ κε ὀχρεῖσαι πῶν ἵππων. & in Melpomene, ἐπὶ αὐτῇ πρὸς τὴν ὥρην κυρίως αὐτῇ τοῖς ἵπποις, ὡς δὲ οὐκ ὄντος. Cicero in Pisonem, admissarium pro homine libidinis peruagata posuit, ad omniumq; foeminarum libidinem exposito, Itaque admissarius iste simul atq; audiuit voluptatem à philosopho tantopere laudari, nihil expiscatus, sic sensus suos omnes voluptarios incitauit, vt non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur. Hoc Plinius venustè transtulit ad insitionem: vt felix est ferè scriptor in huiuscemodi genere translationum. sic enim inquit libro decimosextimo, Neque enim animalium tantum est ad coitum auiditas, sed multo maior est terræ ac satorum omnium libido: qua tempestiuè vti, plurimum interest conceptus. Peculiare vtique in insitis: cum sit mutua cupiditas vtriusque cocundi. Qui ver probant, ab æquinoctio statim admittunt, prædicâtes germina parturire. Admittunt, inquit, id est surculum trunco adiungunt. Admittere equum interdum pro conscendere accipitur: vt apud Ciceronem in secundo de Finibus, Num etiam P. Decius cū se deuoueret, & equo admissio in mediam aciem Latinorum irrueret, aliquid de voluptatibus suis cogitabat? Liuius libro secundo ab Vrbe cond. Superbus in Posthumiū equum infestus admisit. Hoc etiam verbum multis & aliis modis in vsu est apud peritos: qui nunc ad rem non pertinent. Admissarius equus à Græcis αἰαβάτης dicitur: quia αἰαβαίνειν pro inire dicunt, hoc est venereo impetu aggredi. sæpius tamen ὀχρεῖον dicunt. Apud Hieremiam prophetam emissarius pro admissario mendose legitur cap. quinto: nisi me fallit opinio: Equi amatores in foeminas, & emissarii facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Est enim translatio emphatica, sumpta ad libidinem hominum designandam immodicam & portentosam. Apud Græcos etiam ἵππος, hæc vox ἵππος, id est equus, in compositione vehementiam denotat: vt ἵπποπορος, quasi ἵππομανής, ἵππογνώμων, & alia. Emissarius autem longè aliud significat. Potest autem & hic locus ex aliorum exemplarium obseruatione hoc modo sarciri, Si quis asinū meum coegisset in equas suas αἰαβαίνειν ὡς δὲ τῇ ὀχρεία: si duntaxat, & reliqua.

Admittere
equum.

Locus Hieremias.

ἵππος.

Deglubere.

S V B titu. Arborum furtim cæsarum, in. c. Cædere, ita legitur: Cingere est deglabare.) Vel deglabare legédū, vel deglubere: quod ipsum magis probo: id est corticem eximere. Cato de re rust. Saliætum suo tempore cædito, glubito, arcteq; alligato: librum conseruato. Catul. de Lesbica metaphoricè, Nunc in quadriuiis & angiporis Glubit magnanimos Remi nepotes. pro denudat dixit, & ad singula vestimenta redigit. Inde illud Tyberii Cæsaris, Boni esse pastoris tondere pecus, non deglubere. quod Græcè sic ferūt dicere solitum, κείρειν με τὰ περὶ βάρη, ἀλλ' ὅτι ἐνυγχεῖν βόλομαι. id est, Tonderi pecus meum non raseri volo. Quod autem sequitur, Subsecare est subsecuisse, corruptum esse facile intelligimus. quem locum his verbis in compendio Græco legimus, λένειν ὅτι τὸ περὶ λεῖν τὸν φλοιόν. κάτω τέμνειν, τὸ ὑποπτεῖν. Cingere, inquit, est corticem exemisse. subter cædere, est succidisse. Et hætenus ibi legimus.

IN

IN cap. Prætor, sub titu. Vi bonorum rapt. Græca verba reponenda sunt hoc modo, Turbam autem appellatam Labeo ait ex genere tumultus, idque ^{Turba una de.} verbum ex Græco tractum. *τύρβη γὰρ παρὰ τῆς θορυβῶς ἐστίν.* Tyrbe Græce tumultum significat : vnde turba facta est, vt ex Sylla Sulla, ex Xystico Xusticus : & vt alia permulta y in u nostrum verterunt. Lucianus, *ὅρῳ πικρὸν ἵνα τύρβην, καὶ μέσθον παρεχῆς τῷ βίῳ.*

S V B titulo De incendio, ruina, naufragio: cap. Quo naufragiū. Qui eiecta, restituenda dictio Græca, quæ exoleuit librariorum ignorātia. Qui eiecta naue quid rapuit, hoc edicto tenetur. Eiecta, hoc est quod Græci aiunt *ἐκκλινζομένης*, vel *ὑποκλάσης*. Est enim *ὑποκλάειν*, τὸ ὑπὸ βίας τῆς κυμάτων κατὰ γιν, vndarum vi in littus eiici. Isocrates metaphoricè in Areopag. vsus est, *μὴ πλεοντῶντες εἰς ἑσπερα πράγματα ὑποκλάμεν.* Herodotus actiue dixit *ἐπὶ κέλευν πλὴν νῆα*, impegerunt. In eodem tractat. cap. Si fortuito, nisi tam lata culpa fuit, vt luxuriæ aut dolo sit proxima : Accursius luxuriam latam culpam interpretatur. Ego lasciuiæ lego. est auté lasciuiæ, petulantia ludicra, & ludus improbior, vt in priorè edi- ^{Lasciuia.} tione planum fecimus.

IN tractatu De iniuriis, cap. Iniuriarum, Si quis me prohibeat in mari piscari, vel in diuerticulum, quod Græce dicitur ducere, iniuriarum iudicio possim eum conuenire.) Lego, vel euerriculū, quod Græce *ἐγγών* dicitur. ^{Euerriculū,} Verri- culum & euerriculū rete est piscatorium, sagma à Græcis dictum: à verrenda aqua sic appellatum. Cicero in quinta in Verrem act. de Verre ipso loquens, qui Centuripinos cōpulerat edicto omnia ad se argentea vasa comportare: è quibus emblemata abstulerat redditis puris vasis, genere rapinæ improbi- simo: Quod vnquā (inquit) iudices huiuscemodi euerriculum in illa prouincia fuit: alludens ad Verris nomē, & ad significationem verbi. Idem in tertio de Natura Deorū, cum iudicia bonæ fidei recensuisset, addidit hæc verba, Inde verriculum malitiarū omnium, iudicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster protulit: quæ dolum idem Aquilius tum teneri putat, cū aliud sit simulatum, aliud actum. Actionem de dolo verriculum appellat, quo scilicet euerruntur fraudes hominum è vita ciuili. est enim hæc actio prodita ad terrorem hominum subdolorum : qui ignominiam eius iudicii formidant. & qui alio iudicio conueniri non potest, hoc velut subsidiario coercetur. Vlpianus, Verba autem edicti talia sunt, Quæ dolo malo facta esse dicentur: si de iis rebus alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur: iudicium dabo. Idem in Verrem act. tertia, O Verrea præclara: quoquam si accessisti, quod non attuleris istum diem. etenim quam tu domum, quam urbem adiisti, quod fanū denique, quod non euersum atque extersum reliqueris? Euersum ab euerro dixit. *σεξερωμένον, κεκορημένον*, quasi scopis expurgatum. Omnia (inquit) sacra iuxta ac prophana corrasisti & compilaisti. Euerriculare Laurentius Vallen. ^{Euerricula-} Latine dixit, quod Herodotus *σαγγυδίαν* appellat in Thalia & in Erato: & Plato in ter- ^{te.} tio de Legibus, his verbis, *καὶ ἵνα λόγον εἰς πλὴν ἡμετέρων πόλιν ἀφῇκεν, ὡς εἰς εἰς ἐρετειῶν αὐτῶν ἀναπάρκτως εἶναι. συνάφαντες γὰρ ἄρα τὰς χεῖρας, σαγγυδίσειον πᾶσαν πλὴν ἐρετεικὴν οἱ ἑκα- ἡνῶται τῷ δαίμονι.* id est, Rumorem etiam quendam horrendū in urbem nostram emisit: homini scilicet quod nemini Eretrienti eos effugere contigisset. siquidē

ipſos Datidis milites per manus reſte ducta omnem Eretricam regionē euer-
riculauiffe. Quo modo autē euerri culentur homines, licet ex Herodoto intel-
ligere: Viro (inquit) virum manu tenēte perpetua ſerie à mari Aquilonari ad
Auſtrale peruadunt; tum deinde omnē per inſulā hominibus indagandis ca-
ptandisq; tranſeunt. *Ἐγνύσας δὲ τὸ πόντον ἐν ῥόπον.* Lucæ xv. Nōne accendit lucer-
nam, & euertit totā domum. corruptè legitur pro euerit. *Ἐροῖ.* Quod ſequi-
tur circa finem huius capituli, Vſurpatum tamen, vt quis prohiberi poſſit ante
ædes meas vel prætorium meū piſcari: de villa elegantiore intelligēdum, quæ
villa etiam vrbaſa dicitur in tractatu Locati: vbi hoc verbum expoſuimus.

IN cap. Item apud Labeonem. Quæſtionem. Quæſtionis verbo etiam quæ
malam manſionem Græci dicunt, cōtinebitur. Vinculi genus vel tormenti ſi-
gnificatur: vt apud eundem Vlpianum in lege, Si hominem (ſiue id caput ma-
gis appellari placet, vt diximus) ſub titulo Depoſi. Hominem vinctum, vt de
eo quæſtio habeatur, vel ad malam manſionē extenſum. Quo in loco Accur-
ſius male interpretatus eſt carcerem: vt etiam hoc in loco. Ego his verbis pu-
to ſignificari quam Græci tum *ποδῶράβλω*, tum *ποδοκάλω* appellāt, id eſt *ἐν πόδε
ῥοῖ φέρον καὶ κακῶς ἔχον.* Demosthenes meminit *ὡς δὲ πρὶ τὴν πορρωτάτην.*

IN cap. Quod reip. Quod reip. venerandæ cauſa ſecundum bonos mores
fit: & reliqua. lego vindicandæ, id eſt aſſerendæ ab improbis & facinoroſis. Eſt
Vindico. etiam vindicare, animaduertere in malos. Cicero in Verrē, Si quid vindica-
tum ſeuere eſt, nō ex eo crudelitatis inuidiam colligam. Et vindicatur ille cui
ob iniuriam illatam mulcta aut ſupplicium penditur ab eo qui rei perperā fa-
ctæ auctor eſt. Plinius in Panegy. Licet nobis & in præteritū de malis impe-
ratoribus vindicari: & futuros ſub exemplo præmonere. Et vindicatur maie-
ſtas publica, cum à fontibus ſupplicium ſumitur. Et quod ſequitur, Secū-
dum bonos mores fit, intelligendum, recte, atque ordine & more maiorum.

IN cap. Veſtem, eodem ſub titulo De iniuriis. Veſtem ſordidam rei nomi-
ne in publico habere, capillū me ſummittere nulli licet.) Pro clariori huius
Sordes. ſententiæ intellectu, ſciendum dictionem hanc ſordes, reorum ſtatum condi-
tionemq; ſignificare interim dum inter reos relati ſunt, antequā abſoluantur
Reatus. aut damnentur: qui etiam ſtatus hominum, reatus appellabatur: vt infrā Ad
legē Iuliam maiestatis cap. vlti. Is qui in reatu decedit, integro ſtatu decedit.
Tranquillus in Auguſt. Diuturnorum reorum, & ex quorum ſordibus nihil
aliud quā voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit: conditione pro-
poſita, vt ſi quem quis repetere vellet, par periculū pœnæ ſubiret. Ex quibus
verbis intelligitur olim neceſſariam nō fuiſſe accuſatorum ſubſcriptionem,
dūtaxat vt talione ſe obſtringerēt: id quod ſuperius diximus. Et eximere ſor-
des reorum, idem in Vitel. Caſtra vero ingreſſus, nihil cuiquam poſcētī nega-
uit: atque vltro ignominioſis notas, reis ſordes, damnatis ſupplicia dempſit.
Id hodie faciunt principes, quum diplomatibus obſignatis, ac ſerico lino tra-
iectis, criminū veniam indulgent. Inde ſordidati dicti ſunt, qui rei delati ſunt.
Cicero in Piſonem, Nec minus lætabor cū te ſemper ſordidum, quā ſi pau-
liſper ſordidatū viderem. Sordidum dixit vilem & abiectum, ac ſine vllo vitæ
Sordidatus. nitore ac lautitia vitam agentem: ſordidatum autem intellexit accuſatum &
reum,

reum, ἐδῆται μελαμέωντα, καὶ κίμης ἀνάπλεω, καὶ ἰκετόντα ἐν δῆμον. Dicitur etiā squalor, idēque significat: vt in oratione pro Cluentio, Aut ne fortè mater hoc sibi optatissimum spectaculum huius fordium & luctuum & tanti squallois amitteret. de matre Cluentii loquens, quā summopere gaudebat accusatione filii sui. Gellius libro tertio, Eūque cum esset reus, neque barbam desisse radere, neque candida veste vti, neque fuisse cultu solito reorum. Plutarchus in Anto. de Philostrato reo, ὁ δὲ τὸν πῶπωνα καθεύδεις, καὶ φαειὸν ἱμάδιον περιβαλλόμενος. Solebant autem olim amici & necessarii sordes cum reo delato accipere ad misericordiam captandam, plebemq; deprecabundi prehensare aut circumire, vt cum dies iudicii aduenisset, facilius absoluerentur. neque vt nunc rei postulati ciues Romani in carcerem coniciebantur, sed suo arbitrio permittebātur, vt si pœnam legum vitare vellent, in exilium abirēt, nec iudicii euentum experirentur. Itaq; Cicero in oratione de reditu suo ita inquit, Nostra memoria Senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant: in meo periculo Senatus veste mutata fuit. Periculum enim appellat more Græcorum reatū: vt in oratione pro Plancio, Quid de me dicam? qui in huius periculo reus esse videor. quid de his tot viris? quos videtis veste mutata. à Græcis ἄπω καὶ κίνδυνος pro apologia & causæ dictione in re capitali dicitur. Plutarchus omnem propè equestrem ordinē, & iuuenēs ad viginti millia sordidatos cum Cicerone fuisse ait, cum eoq; supplices populo passim per urbem Romam fuisse, ἀλλὰ δὲ κικέρωνι πρῶτον μὲν, ολίγον δὲ ἔπειτα, συμπαιεῖν τῷ τῷ ἰσχυρῶν πλῆθος συμμιγέσθαι πῶ ἰδῆται, καὶ διαμυρίων ἐκ ἐλάττης γένων παρηκολούθουν, κομῶντες καὶ σωικετόντες. Hoc idem Cicero ipse de se testatur in oratione de reditu suo, Id quoniā immodice fieri cœptum erat, ideo vetitum fuit iis quidem qui propinquitate aut affinitate cum reo coniuncti non erant: vt Venuleius hic docuit. Fabius libro sexto, de cendis affectibus loquens, Non solum autem dicendo, sed etiam faciendo quædā, lachrymas mouemus. vnde & producere ipsos qui periclitentur, squalidos atque deformes, & liberos eorum ac parentes, institutum. Hoc Demosthenes παραστῆσαι τὸν παῖδα καὶ γόνειον τῷ κινδυνώοντι appellat. Idē Quintilianus, At sordes & squallores, & propinquorum quoq; similem habitū, scio profuisse. Valerius de Rutilio libro sexto, Ordinū dissensione magis quàm culpa sua reus factus, nec obsoletam vestem induit, nec insignia senatoria deposuit, nec supplices ad genua iudicum manus tetendit. Huiusmodi erant sordes Hebræorū sub sacco & cineribus misericordiam diuinam exorantium, Danielis nono, & Ionæ tertio. Verum quoniā hæc lex sub titulo De iniuriis posita est: sciendū est huiusmodi sordes non à reis tantum assumi solitas esse, sed etiam ab iis quorum nomine rei postulabantur: quique iniurias rapināsq; perpeffi, ad Senatum supplices veniebant, Prætorum Proconsulumq; prouincias Romanas regētium expilationes expostulaturi, & interdum crudelitātē. Cuius instituti exemplum est apud Ciceronē acti. tertia in Verrem, his verbis, Nunc de miseria Siculorum Iudices audite. & Heraclius Syracusanus & hic Bidinus Epicrates expulsi bonis omnibus Romam venerunt: sordidatiq; maxime barba & capillo Romæ biennium propè fuerūt. Et rursus acti. vlti. Aspicite aspici- te Iudices squallorem sordēque sociorū. est hic Sthenius Thermitanus cum

hoc capillo atq; veste. domo sua expilata, furtorum tuorum mentionem non facit, sese ipsum abs te reperit. Et rursus, Si vos (inquit) Iudices eos deferitis, ad Senatum deuenient, qui de Verre supplicium sumet. non est vſitatum, nō ſenatorium. Huc pertinet quod de Senatu dictum est qui vestem in exilio Ciceronis mutauit: vt ipse in oratione pro Plancio, & pro P. Sextio memoriae prodidit. nō enim deprecandi rei causa hoc factum est: sed insigne fuit luctus publici ob singularem Consulū improbitatē, qui Ciceronē euerſum capite & fortunis cupiebant. Quid enim (inquit ipse) quisquam potest ex omni memoria ſumere illuſtrius, quā pro me vno ciue & bonos omnes priuato cōſenſu, & vniuerſum ſenatum publico conſilio mutasse vestem? Quæ quidem rum mutatio nō deprecationis causa est facta, sed luctus. Quem enim deprecari eſſet, cum omnes eſſent ſordidati, cūque hoc ſatis eſſet ſigni eſſe improbum, qui mutata veste non eſſet? Ex his Ciceronis verbis planum fit illas ſordes ſuſceptas à Senatu fuiſſe ad cōcitandam inuidiam in Conſules & Tribunū ple. P. Clodium, qui Ciceronem inſontem, & de republica egregie meritum, præcipitem egerunt in exilium. Propter quod luctum illum Conſules poſtea inſinuerunt edicto, vt ipſe Cicero conqueritur in oratione quā de redditu ſuo habuit. Cū Senatus (inquit) equitēſque Romani flere pro me, ac mutata veste vobis ſupplicare edictis atq; imperiis vetarentur. ad populum ipſe verba faciēs. Plutarchus in Camillo, Sed cum populus (inquit) in ſignū mœroris vestem mutaret (quod vſitatum erat in magnis publiciſque calamitatibus) Senatus pertimeſcens ne tumultus in ciuitate oriretur, iuſſit Manliū dimitti. Eodem etiam pertinet id quod Liuius libro nono ab Vrbe condi. refert de Flauio Scriba loquens, qui ob Faſtos publicatos honoribus à populo ornatus eſt, & nobilibus in comitiis prælatuſ. Tantūque, inquit ille, Flauii comitia indignitatis habuerunt, vt plerique nobiliū aureos annulos & phaleras deponerent. Meminit eiſ huiſtoriæ Plinius lib. xxxiii. Ex his planior fit huiſ legis ſenſus: & .l. Item apud Labeonem. Hæc autē fere ſunt, ſuprà hoc eodē ſub titulo, quod Accuſius perperā intellexiſſe mihi viſuſ eſt. Loquitur enim

Sordidatus.

Venuleius *ὅτι τὸν ὡς φάνηται ἔχει πρὸς τὸν*. Interdum ſordidatus dicitur qui ob inopiam aut auaritiam obſoleta veste detritaq; vtitur: vt idem Cicero in Antonianā ſecunda: Sordidata mancipia: argentea vaſa collifa. Sordes autē Iudicum, & ſordidi Iudices, non harum ſunt ſordium affines, ſed earum quarum fit mentio in tractatu legis Iuliæ repetundarum. Addemus & illud quod ad iniuriarū actionem pertinere potuit, à Plinio in xxviii. cōmemoratum. Drusus (inquit) Tribunus plebis traditur caprinum ſanguinē bibiſſe, quum pallore & inuidia veneni ſibi dati inſimulari Q. Scipionem inimicum vellet.

Drusus
Tribunus
plebis.

Chomata.

DE extraordinariis criminibus, cap. Saccularii, In Aegypto qui commata rumpit.) Legendum chomata, id eſt aggeres qui terra aggeſta facti ſunt, quibſque Nili aqua coercetur. Plinius libro quinto, Nilus (inquit) certis diebus auctu magno per totam ſpatiatus Aegyptū, ſœcundus innatat terræ. Iuſtum incrementum eſt cubitorum ſedecim: minores aquæ non omnia rigant: ampliores detinent tardius recedendo. Quod autē ſequitur apud Vlpianū, Cōmata etiā & diacopi qui in aggeribus fiunt, & reliqua: recte legitur. Comma

Commata.

autem

autem est incisum : quæ pars est periodi, vt Cicero appellat in oratore perfecto. Hic cōmata sunt aquarum emissaria & incilia ad hoc inuenta structaq; vt pro arbitratu Aegyptiorū Nilus vicissim admittatur in cāpos aruales, aut intra alueum contineatur. Plinius, Cum steteret (inquit) aqua, apertis molibus admittuntur. vt quæque liberata est terra feritur. Chomata Plinius moles appellat : id est aggeres qui per cōmata & diacopos, id est per meatus quosdam intercisos, siue per incilia hiantia Nilum transmittunt in arua remotiora segetibus destinata. Tranquillus in Augusto, Aegyptum in prouinciæ formam redactā, vt feraciorem habilioremq; annonæ vrbicæ redderet, fossas omnes in quas Nilus æstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere deterfit. Herodotus *διάρυγες* appellat, quasi effossa aquarum emissaria. Idem de Aethiopis regis tempore loquens, Vt enim quisque (inquit) facinus quoddam admiserat dignum animaduersione, morte quidem afficere nullum sibi persuasit: sed eorum vnumquenq; pro modo admissi mulctare instituit: præfinito chomatum modo quem aggerarent iuxta suam quisque ciuitatem. Hæc autem chomata duorum generum fuisse dicit. Altera enim erant circa amnem, & altera circa vrbes, ne fluminis inundatione obruerentur. Sycomorus ficus est Aegyptia Sycomorus, prædulcis, sine granis. nomē est compositum è ficu & moro. Auctor Plinius & Dioscorides. Verum in principio huius capituli Saccularii qui sint, nūquā Saccularii, legi. Calcularios impostores fuisse coniicio, eiusmodi fortasse quos Græci *ψιφολόγες* appellant & *ψιφοπαίκτης*. quibus similes esse Dialecticos Aristoteles ideo dictitabat, quod vt illi fallaci ratiocinatione scite atq; lepide hominibus imponunt : ita Dialectici quoq; falsa colligendo, cauillabunde in errorem secum differentes adducant. Directarii autem hic Petrus Crinitus non diatarii legendum esse censebat ex antiquo exemplari. ad quod id verbum quod sequitur, alludere videtur, Qui in aliena coenacula se dirigunt. Dicebat etiam areolas illas quæ subditæ sunt, duobus verbis replēdas, *σκοπιλισμὸν*, & *σκοπιλίζεν*: hoc modo, Sunt quedam quæ more prouinciarum coercionē solent admittere: vt in prouincia Arabiæ *σκοπιλισμὸν* crimen appellant.

IN cap. Sepulchri, De sepulchro violato, melius corporibus nō contrectatis vel contactis legitur, quā cōtractis: id est ita vt corpora non attingantur.

S V B titulo De concussionibus: Pœna legis Corneliæ teneri iubentur qui in accusationem innocentium coierint. Coire apud priscos verbū criminis Coire, sum erat. lege enim Cornelia cōstituta erat accusatio aduersus eos qui in accusationes condemnationesque coierant. quo capite legis Corneliæ à Cornelio Sylla sic appellatæ, nec plebs nec equester ordo tenebatur : sed Senatores tantum, & qui magistratus gesserant. Verba legis in oratione Ciceronis pro Cluentio hæc extant, Qui tribunus militū legionibus quatuor primis, quive Quæstor, Tribu. plebis (& deinceps magistratus omnes enumerantur) quive in Senatu sententiam dixit, dixerit: qui eorum coit, coierit: conuenit, conuenit: quod quis iudicio publ. condemnaretur, & cætera. Idem ad Pontifices, Collegia mediussidius Tribunorum pleb. tota reperientur hoc iure firmato, quæ coeant de hominū locupletissimorum bonis: præda præsertim populari & spe largitionis oblata. id est qui in abdito consilia agitent de euertendis lo-

Denunciare
testimoniū.

cupletum fortunis. Interdum addito societatem accusatiuo utitur eodē verbo, ut pro Roscio Amerino, Avaritiā præfers, qui societate coieris de municipis cognatiq; fortunis cum alienissimo. Sic Martianus in princip. tracta. legis Cornelię de fals. Qui societatem coierit ad obligationem innocentium. Inde est illud Plinianum in epistolis libro quinto, Nigrius in Senatu questus est vanire aduocationes, vanire & præuaricationes: in lites coiri: & glorię loco poni magnos & statutos redditus. Et coitio etiam verbū est eiusdē cognationis: ut Cicero pro Plancio, Dubitatis (inquit) quin coitio facta sit, cum tribus plerāque cum Plotio tulerit Plancius? συµκοτείν Græci dicunt, & ὁδοσωίαδς. licet in Pādectis σωίεναι εἰς κατηγορίαν τινὸς αἰετιέται dicatur. Quæ locutio nō est ex more loquēdi antiquorum, sed ad verbum cōuersa. Sequitur eodē in loco, Quive ob denunciandum vel non denunciandum testimonium pecuniam acceperint. quæ verba ab Accursio intellecta non esse minus mirum est, cum etiam à paucis percipiantur. Cicero in Prætura urbana, Non putasti me tuis familiarissimis testimonia denunciaturū, qui tuæ domi sæpe fuissent: ex quibus quærerem, signāne scirent quæ nō essent? Testimonium denunciare Ciceroni non est testificari, ut vulgo existimatur: sed est homini diem dicere ferendo testimonio. hoc est ad iudicium euocare ferendi gratia testimonii. Fab. lib. v. Duo sunt (inquit) genera testium, aut voluntariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudiciis lege denunciare solet. quorum altero vtraque pars utitur: alterum accusatoribus tantū concessum est. Ex hoc intelligo in publicis tantummodo iudiciis licuisse denunciari testimoniū, hoc est inuitū euocari ad remotū longinquumq; tribunal. Quod quoniam cōcussionum materiā præbebat, negociūque faciendi quietis hominibus, domiq; occupatis, ideo ad capita legum de publicis iudiciis rogatarū hoc additum est: ut hic, & inferius Ad legē Corneliā de falsis, in princip. vbi Accursius renunciandum legit pro denunciandum, errorem librariorum secutus, aut eorū fortasse emendatorum qui vim vocis ignorabant. Ab eodem errore est quod denunciationes male interpretatus est in cap. Absentē, in tractatu De poenis. quo in loco Vlpianus, Aduersus cōtumaces vero (inquit) qui neq; denunciationibus, neque edictis præsidum obtēperassent, sententiam in absentes pronūciari oportet, sed secundū morem priuatorū iudiciorum. nō enim denunciationes præconia Vlpianus appellat, ut Accursius cēsuit: sed præsidū vadimonia. id quod si non aliunde, at ex Venuleio satis planum fit in cap. Eadem lege, Ad legem Iuliā repetund. & ex Cicerone pro Flacco, his verbis, Adiunxit ille, ut eos qui domo exire nolebant, testimonii denunciatione terreret: qui domi stare non poterant, largo & liberali viatico cōmoueret. Idem, Locupletes & graues homines testimonii denunciatione deterret ne sibi aduersarentur, egentes & leues spe largitionis & viatico publico, priuata etiam benignitate perlectat. Huiusmodi autem testimonii denunciatio vel à iudicibus vel ab accusatore fiebat, ut ex supradictis planum fit, & ex Plinio libro sexto epistolarum, Licinius (inquit) petendum censuit à cōsulibus, ut referrent sub exemplo legis ambitus de lege repetundarum, an placeret in futurū ad eam legem adiici, ut sicut accusatoribus inquirendi testibúsque denunciandi potestas ex ea lege esset, ita reis

reis quoque fieret. Ex iis quæ diximus, melius intelligi potest Pauli dictum in tractatu De testibus, cap. Lege Iulia. Lege Iulia & Papia publicorū iudicio-
rū cauetur, ne alicui inuito testimonium denūcietur, vt testimonium litis dicat
aduersus focerū. & reliqua. Quo in loco nonnunquā coniectura adducor, vt
spuria illic verba quædam esse censeam. Satis enim erat dicere secundum mo-
rem antiquū, ne cui inuito testimonium denūcietur aduersus focerum, si de cri-
minali tantum controuersia intelligamus: aut etiam si de ciuili, ne cui testi-
monium litis denuncietur. Hoc verbum à Græcis non est intellectū qui Pan-
dectas Græcè scripserūt. sic enim scriptum est, *ὅτι τῶν λαβόντων χρήματα ὡς δὲ
κατηγόρησαι ἢ μὴ κατηγόρησαι, ἢ δὲ τὸ καταμαρτυρῆσαι ἢ μὴ καταμαρτυρῆσαι*. Denuncia-
re testimonium Græce *κλητεύειν* dicitur. Pollux libro octauo, *τὸν δὲ ὁ βαλόμενον
μαρτυρεῖν ἐκλήθον, ἀνάγκη τὸ μαρτυρῆσαι περὶ τῶν πινυμένων*. Cui verbo antestari respōdet, Antestari;
quo Horatius in primo Sermonū vsus est. quod verbū Acrō varie interpreta-
tur. sed Porphyrio verbū id xii. tab. esse scribit. Demosth. *τίς δὲ ἐκλήθυσεν ἡμᾶς;*

IN tractatu De abigeis, in principio, Consuli Veticæ pro Betycæ legitur.
pars est Hispaniæ. Legitur & berbicem pro veruecem.

Sub titulo De effractoribus, lego, Expilatores, qui sunt atrociores fures. hoc Expilatores
est enim *συλκωσι* vel *συληται*. Expilatores & cōpilatores huiuscemodi sunt fu-
res, qui ne pilum quidem relinquūt in corpore spoliatorum, vt inquit Asco-
nius in secundam Verrinā Ciceronis: Quis est enim qui in te nō expilationē
Asiæ, vexatione Pamphyliæ, squallore & lachrymis Siciliæ concitetur? Hoc
furtū vocatur improbius, in. l. Si te expilasse, Codice Ex quibus causis inf. ir-
rog. Cicero in Prætura vrba improbissimū appellauit. Compilare (inquit
Festus) est cogere furta, & in vnum cōdere. Horatius, Ne me Crispini scrinia
lippi Compilasse putes. Hoc Terentius conuassare vocauit in Phormione. ad Conuassare.
verbum tamen *συσκαλίσσειν* dictum esse ab eo mihi videtur: quo Lucianus vsus
est in dialogo qui Toxaris inscriptus est, *οἱ λοιποὶ δὲ τῶν οἰκετῶν ἅπαντα ἐκ τῶν οἰκίας
συσκαλίσσμενοι, ἐχρητο φθόροντες*. Expilare *συλᾶν* dicitur, & *ὡδισυλᾶν*. Demosthenes
in oratione pro Ctesiphōte non semel propria eius verbi significatione vsus
est. Inde Suppilare verbum Plauto in Asinaria, Ille ecastor suppilabat me, Suppilare;
quod ecastor ancillas suspicabar. Demosthenes etiā id genus fures *λωποδύτας*
appellat. vnde verbū *λωποδυτῶν* in tertio *ἐπὶ τῇ τριτοῦ*: pro cōpilo & expilo, *τίς δὲ
ἔδωκε ποιεῖν ὅτι βούλεται. καὶ καθ' ἑκάστην ἑκάστον ἔπασσε ὡδισυλῆσαι ἢ λωποδυτεῖν τῶν ἐλλώων, καὶ
καταδουλεύειν τὰς πόλεις*. Effractores autem *πιχρὺνχοι* dicuntur, & *διορύχται*.

S V B titulo De crimine stellionatus, Itē si quis imposturā fecerit vel col-
lusionē in necem alterius.) Imposturā malè ab Accursio intellectā, ex iis quæ
de eius vocabuli significatione diximus in priore editione, iis liquebit, quos
adire eas annotationes nō pigebit. In cuius dictionis expositione Accursius
imposturam posteritati fecit: nullūque est crimen omnium quæ certo no-
mine nuncupata sunt, cuius sæpius ipse reus sit Accursius, venia tamen di-
gnus homo minimè malus, ob temporis eius literarum obscuritatem. Im- Impositura.
posturæ nomen *φεινακισμόν, πλινκασμα, μαγαλάνημα, σόλισμα* complectitur, & *παρελο-
γισμόν*. Collusio est *συγκακέρημα*.

IN tractatu De collegiis illicitis, Sodales sunt qui eiusdem collegii sunt:

Seruitiū &
fodalitiū, &
similia.

Sodalitates.
Phiditia.

Andria.

Sodales fa-
cerdotes.

Hetæriarcha
Iupiter so-
dalitius &
philus, &
alijs nomi-
nibus appel-
latus.

quos Græci carpiam vocant) lego, ἡταιρεία vocāt. Hetæreia à Græcis fodalitiū dicitur: quā fodalitatem Cicero vocare solet. Sed fodalitiū multitudinem fodalium significare potest, vt ἡταιρεία Græcè, & θόραπεία, ἰαφεία, πνευσία, ἐλαφεία, δολεία, & alia nōnulla. Quæ tam multitudinem significant hominū, quàm actiōnem aut rem. quanquam ἡταιρεία sit amicitia fodalitia: ἡταιρεία cum diphthongo sint sodales, vt hoc in loco: quo modo loquēdi apud nos famulitium, auitium, equitium dicuntur, & seruitium, quo Cicero in Verrem act. vlti. vsus est, Et tamen cœptum esse moueri aliquot locis seruitiū suspicor. Idem, Propterea quòd tū familiæ congregantur, & magnitudo seruitiū perspicitur, & labor operis maximè ostenditur. Sodales eadem mensa vtuntur: qua ratione à Græcis fodalitates συσσίτια etiam dicta sunt. Herodotus libro primo, μὲν δὲ τὰ ἐς πύλας μὲν ἔχοντα ὠμοτόκας καὶ συσσίτια ἔσθιε Λυκούργος. Hæc etiā Phiditia Lacedæmone dicebantur à conuiuiorum frugalitate, quorum meminit Plutarchus in Lycurgo. Cicero in quinto Tusculanarū, Quid? victum Lacedæmoniorū in Phiditiis nōne videmus? vbi cum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro quod cœnæ caput erat, delectatum. Andria apud Cretenses dicebatur auctore eodem Plutarcho. nam syssitia. propriè Atheniensium erant. Plato lib. pri. de Legibus, καὶ μοι λέγει πρὶ τὰ συσσίτια τε σωπείταχον ὁ νόμος καὶ τὰ γυμνάσια. Aristoteles in secūdo Politicōn, ἢ τὸ καὶ ἀρχαῖον ἐκάλεον οἱ Λάκωνες ἢ Φιδίτια ἄλλ' ἀνδρία καὶ ἀπὸ τοῦ οἰ κρήνης. alibi συσσίτια eadē ipsa vocat. Cicero in libro de Senect. ita inducit Catonem differentem: Sodales autem me quaestore constitutæ sunt sacris Idæis magnæ matris acceptis. epulabar igitur cum sodalibus. & reliqua. Sodales etiā sacerdotes Imperatoribus Romanis inter diuos relatis institui solebāt, vt sodales Augustales apud Trāquillum in Claudio, quales institutos fuisse Adriano auctor est Spartianus. Quorum similitudine hodie sodales appellari debent, quos vulgò fratres vocant: vt sodales Dominicales, sodales Franciscani. & qui eorum fodalitatis præcipuam curam habēt, Hetæriarchæ dici possunt. Sodales olim Hetæreium Iouem, id est fodalitium colebant, vt fodalitii iuris disceptatorē: vt apud Herodotū in pri. ἐκάλει δὲ τὸν ἐφέσιον τε καὶ ἡταιρήιον, τὸν αὐτὸν ὀνομάζων θεόν. Similiter & Philus Iupiter amicorū necessitudinis præses erat. Homognius, id est gētilitius, gētilitatis custos & arbiter: quem gentiles inuocabant. à quo nō absimilis erat patrous, id est auitus. His nominibus alijsque olim Iupiter inuocabatur si quid perperam atque iniuria factū erat inter eos quibus variæ necessitudines intercedebant. Hetæreia verbum corruptè in epistola Plinii ad Traianū legitur, in qua de religione Christianorum ad principem retulit, deq; eorum animaduersione consuluit. Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen, & innoxium. quod ipsum facere desuisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetæreias esse vetueram. sic enim legendum est & emendandum. Sodales enim edicto à se dissolutas esse significat: quæ coniurationum metu à principibus Romanis vetabantur. nec immerito. nam Plato de iis loquens ita inquit, Nam & hæc gymnasia & hæ fodalitates cum alioquin multis in rebus conducibiles sint ciuitatibus: ad seditiones tamen concitandas immodicè sunt opportunæ. Apud Isocratē etiam

etiā Nicocles ad populares ita inquit, Videte ne sodalitates aut coitiones nisi auctore me faciatis. siquidē huiuscemodi confociationes, vt in aliis rerū pub. statibus præcipuas partes ferūt, ita in singulari principatu periclitantur. *ἡτοιμασας μὴ πεισῆτε μήτε συνόδας αἰδὼν τῆς ἐμῆς γνώμης.* Quod Plato syssitium, hic heterēiam dixit. Fuit & olim Romæ alioquin hoc nomen criminofum. nam & lex Licinia lata est contra fodalitia, id est coitiones quæ fiebant ad corrupēda suffragia popularia. Cicero pro Plācio, Sed aliquādo veniamus ad causam, in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ est de fodalitiis, omnes ambitus leges cōplexus es. Idem, Ego Plācium & ipsum gratiosum esse dico: & habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos: quos si tu sodales vocas, officiosam amicitia nō mine inquinās criminoso. Et pro Cælio, Haud scio an de ambitu & de criminibus fodalitū ac sequestriū similiter respondendum putem. Et in Sallustium, Abiit in fodalitiū sacrilegii Nigidiani. Huiuscemodi coitiones in perniciē legū, *συνάσεις* dicūtur à Græcis: & quos sodales lex Licinia vocabat, sunt *συνάται* vel *συνάντες* ἢ *συγκροτήσιμους*. vulgò cōplices appellāt. In Iustiniani Codice, sub titulo De episcopis & clericis, conuenticula genere neutro appellantur: & in cap. Cū ex iniuncto, sub titulo De hæreticis, in libro Decretalium. Nec genere fœminino enunciandum est, vt plerunque fit. Tacitus libro. xiiii. Extructaque apud nemus quod nauali stagno circumposuit Augustus, cōuenticula & cauponæ. pro loco posuit. Tertullianus in Apolog. Philosophi (inquit) à locis cōuenticulatorū & stationum suarum Stoici & Academici nuncupantur. Matthæi. xxvi. Dominus noster ad Iudam loquens dixit, *ἡπαῖρε ἐφ' ᾧ παρῆς* Sodalis, qua de causa venisti: nō tam amicum quàm sodalem appellans, quem sacrosancta mensa & mystica cœna dignatus erat, vt quidam opinati sunt: videlicet perfidiam eius scelestissimam taxans clementissime.

Lex de fodalitijs.

Conuenticula.

IN tractatu De publicis iudiciis, cap. penulti. Accusatore defuncto res ab alio iudicāte præside prouinciæ peragi potest. Accursius hinc explicare pedē non potuit. vt autē apertissimū sensus sit, ita omnino legendum esse cenfeo, Accusatore defuncto reus ab alio iudicāte præside. hoc sensu, vt in rei accusationē intelligamus succedere posse aliū accusatorē, priore de medio sublato, idq; fieri iudice præside prouinciæ, & de hoc disceptāte, quis in locū defuncti substituēdus sit. id quod eò pertinet, quod dicitur in cap. Aut priuatim, infra Ad Senatusconf. Turpil. Vel de crimine cognoscēte in prouincia: quoniam Romæ Decuriæ cū Prætorē iudicabāt. Peragi autē reus in criminibus, nō res peragi dicitur. Est autē reū peragere, ita rei accusationē persequi, vt reus tandem damnetur. Vlpianus, Peregisse autē reum non aliās quis videtur, nisi & condēnauerit. Paulus, Destitisse autē is videtur, qui intra præfinitū accusationis à præside tēpus reum suum nō peregerit. Plinius in epistolis, Est lege cautum, vt reus antē peragatur: tūc de præuaricatione quærat. *ἐπεξίνααι* id Græcè dicitur. Demosthenes in oratione quæ ad Leptinen inscripta est, *καίτοι καὶ πάντα ἀκόα σε λέγειν, ὡς ἄρα τῶν σέθενος γραμματεῖς πλείονος ἢ ἐπεξήλθον.*

Reum peragere.

IN tractatu De accusationibus, cap. penul. Capitis reus suspēso crimine causam fisco deferre nō prohibetur. Hic suspēsum crimē sic dicitur, vt pendentes rei dicūtur. Trāquillus in Domiti. Reos qui ante quinquēnium pro-

Pendentes rei.

b

ximum apud ærarium pepēdissent, vniuersos discrimine liberauit, nec repeti nisi intra annū, eaq; cōditione permisit, vt accusatori qui causam nō teneret, exilium pœna esset. Aliqui pendere reos existimant, quandiu ambiguo causæ euētū in reatu sunt. "Ego pendere reos inde dictum esse censeo, quod eorum nomina in progrāmate, id est tabella pēdula, publicè proposita atque suspen-
sa erant. Idem de Claudio Cæsare ante imperium loquens, Postremo etiam festertium octogies pro introitu noui sacerdotii coactus impēdere, ad eas rei fa-
miliaris angustias decedit, vt cum obligatam ærario fidem liberare nō posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit sub edicto præfectorum. qui-
bus verbis Tranquillus significat Claudii bona prædia, id est publicè obno-
xia edicto præfectorum ærarii, diu venalia pependisse, cum emptorem nō in-
uenirent. Lampridius in Alexādri, Itinerū autē dies publice proponebātur, ita vt edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset, illo die, illa
hora ab vrbe sum exiturus. Plinius in epistolis, de Iunio Basso loquens, Accu-
satus est sub Vespasiano à priuatis duobus: ad Senatum remissus diu pepen-
dit. tandem absolutus vindicatusq; est. Inde illud Ciceronis pro Cluētio, Hæ-
rebāt in tabulis publicis reus & accusator: nec sine ignominia calumniæ re-
linquere poterat accusationē Cluentius. Cæterū morē illum proponēdi pro-
grammatis Athenis etiā fuisse, his verbis Demosthenis satis clarum est in ora-
tione *πρὶς τοὺς ἄνδρας, ὅτι μὲν δὴ λαποταξίς δίκην κατεπεσκέσθη κατ' ἐμὲ, καὶ τὸν ἑστὶν ποιεῖσθαι ἐμὲ
δωρεῖτο τὸν μακρὸν ἥτον, ἰάσω. Et paulo post, ὅθ' ἔπος ἔδενός ἐνεκα αὐτὸν ἐμὲ δωρεῖτο, πολλῶν
ἵνα ἐκκείνοιτο πρὸς τῇ ἐπινύμειν, καὶ πάντες ὁρῶν, δίκην λαποταξίς ἐχρῆτο δημοδένω πυνάξαι
λαποταξίς. ἐκκείνοιτο* enim significat expositum esset & proscriptum.

Causam di-
cere.

IN capite secundo, De custodia & exhibitione reorum, Quod si nō defen-
datur, in vincula publica duci iubetur, vt ex vinculis causam dicat.) Causam
dicere interdū est reū esse, & criminis alicuius publici postulatū: quod Græci
tū *κρίνασθαι* dicūt, tū *φύγειν*, id est fugere: vt *φύγων φόνος*. ex quo more Græcorū in-
ualuit mos loquendi apud imperitos vt fugientē pro reo dicant, id est pro eo
vnde aliquid petitur: ignorantia vtique eorū qui sanctiones Iustiniani in La-
tinū sermonē vertere conati sunt. sic *φύγων δολέας*, qui status cōtrouersia pati-
tur. Liuius lib. ix. secundi belli Punici, Sententiam deniq; æquē trucē orationi
adiiecit: Pleminiū legatū vinctū Romam deportari placere, & ex vinculis cau-
sam dicere: ac si vera forēt quæ Locrenses quererētur, in carcere necari oport-
tere, id est, interim dū quæstio criminis peragitur, in carcere vinctum esse. Pli-
nius lib. vii. Itaq; sit propriū Catonis quater & quadragies causam dixisse, nec
quæquam sæpius postulatū, & semper absolutū. Causam dixisse vocauit inter
reos receptū esse, id quod ad verbum Græci dicūt *ἀπολελογησθαι*. Quare Lucæ
xxi. clarius verti sic potuisset, Statuite igitur in cordibus vestris nō præmedi-
tari causam vobis dicendā. *μὴ πρὸς μελετᾶν ἀπολογηθῶαι*. interpretes respōdere dixit,
quod defendere significat, hoc est iudicio adesse. Cicero in Verrē act. iii. Cita-
tus accusator Marcus Pacilius nescio quo casu nō respōdit: nō affuit. id est *ἐκ
ἀπὸ τῆς πύλης εἰς τὴν κνείαν*. hoc est, defecisse eum pronunciatū est, vt nūc loquimur.
Respondere etiā accusationi dicuntur patroni causæ defensores. Apud Thu-
cydide *ἀπολογησθαι δαπάνης δίκην* est capitis causam dicere. Cicero in Verrem
actione

Ex vinculis
causam di-
cere.

Respondere

actione vlti. Quod posteaquam iste cognouit, rationē hanc coepit habere: causam sibi dicendā esse statuerat, id est postquam testes in se paratos esse cognouit, cogitare coepit se postulātū iri repetūdārum, & se ad id comparare. Et in Vatiniū, Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate post Urbem cōditam Tribunosp. appellauit ne causam diceret? Aliquādo causam dicere, est defendi vel per se, vel per patronum, vt in Actis aposto. cap. xxvi. *τότε ὁ Παῦλος ἐκτείνων τὴν χεῖρα ἀπελογᾶτο.* tum Paulus porrecta manu defensionē exorsus est, vel causam dicere coepit. & cap. xxiii. *ἐν θυμῷ περὶ τοῦ ποδὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογῶμαι:* alacrius pro me ipso causam dico. Curtius lib. vi. Amyntas vinculis exemptus vt defensionē ordiretur, ita inquit, Sine præiudicio causam dicimus: id est liberati tantisper vinculis respondemus criminibus obiectis. Vnde causæ dictio Latine, est apologia Græcè. Cæsar lib. pri. de bello Gallico, Moribus suis Argētorigē ex vinculis causam dicere coegerunt: damnatū pœnam sequi oportebat, vt igni cremaretur. die constituta causæ dictionis, Argētorix omnē suam familiam hominū millia decem vndique coegit: per eos ne causam diceret, se eripuit. *τὴν μὴ δίκην ἔσπευεν ἑαυτὸν ἐξάγειν.* Vtraq; significatione Cæsar vsus est eodem in loco: altera enim alteri propinqua est. Apud Valerium lib. iiii. ad causam dicendam occurrere, est *περὶ τῆς ἀπολογίας ἀπαντᾶν.* Inde factū vt indicta causa damnari dicātur, qui ad iudiciū vocati nō affuerunt, absentesq; sententiam passi sunt: vt apud Curtium lib. viii. Itaq; nullius cædes maiorem Alexandro excitauit inuidiā, quā quod virū optimis moribus artibusq; præditum non tātū occiderit, sed etiā torserit, indicta quidē causa. de Callisthene loquēs. Cicero primo de Leg. Vt dictator qui esset, quē vellet ciuiū indicta causa impune posset occidere, id est inauditum, vt loquimur nūc, *ἀκρίτως & ἀκρίτον ἀποκτείνειν.* cum alioquin indicta causa damnari, sit *ἐρήμῳ καταδικαδιῶσαι,* vel *ἢ ἐρήμῳ ἐλαλέναι.* vnde eremodiciū dictū. Interdum causam dicere, est renuere, recusare, repugnare. Plautus in Milite, Si prehendero te posthac, arcebo restibus. Pyrg. Causam haud dico. Dicitur & nihil causæ est. Sed si quid modo faxis, num quid causæ est illico quin te in pristinum dedam? id est recusabisne, aut renuēsne? Cicero de lege Agraria, Si doceo illa quæ dixi, num quid causæ est Quirites, quin illa criminatione qua in me absentē vsus est, nō solum meam sed etiam vestram diligentiam prudentiamq; despexerit? id est num inficiari ille potest? Dicitur etiam quippiam causari: vt idem pro Roscio, Si planum facio te post hanc stipulationē Rosci sest. ccc. abstulisse: num quid causare quin ab iudicio abeas turpissime victus? *πῶς ἔκ ἀπὲρ ἐκ τῆς δικαστικῆς αἰχρῆς κεχρητημένος.* Thucyd. *πῶς ἔδεινὰ εἰργάζεσθαι.* vel *ἰδ' ὅπως ἔσθ' οἰκίσθαι ἀπὸ τῶν αἰχρῶν ἀλυσκόμενος.* vel *τίς ἔτι μηχανὴ μὴ ἔχ' ἀπέναι σε.* vel *ἔκ τῶν φθάνοις αἰχρῶν ἀπαλλαγῆς ἐκ τῆς δικαστικῆς.* Dici & aliis modis potest vtraque lingua: nisi in iis quæ parerga dicuntur, plusculi ipsi esse, quā in opere ipso suscepto videri vereremur.

Indicta causa
fa damnari.

Causa haud
dico.
Num quid
causæ est.

IN capite, Diuus: Et ideo cum quis faceret, iuberi oportet venire Irenarcham.) Lego ex obseruatione antiqui exēplaris, & cōiectura ductus, Et ideo cum quis *ἀνάκειναι* faceret. Est autem anacrisis, veritatis indagatio, exploratio, percunctatio. vnde factum vt etiam quæstionem iudicialem, reorūque interrogationem significet, quæ in causis iudicii constitutionem præcedit vel

litis cōtestationem. At in causis capitalibus anacrisis erat, cum delato nomine rei receptoque, accusator interrogabatur à magistratu, an omnino constituisset accusationem prosequi, reumq; peragere: an testes aut testimonia exhiberi postularet, & alia eodem pertinentia. idq; ἀνακρίνειν à percunctando dicebatur. Demosthenes *ἐπὶ Μειδίας, καὶ γὰρ ἔτ' ἀνακρίνεται τούτῳ τῷ γραφῶν ὁ συκκοφάντης ἐκείνος, ὅθ' ἔπος ἔδινός ἐνεκα αὐτὸν ἐμυθώσατο, πολλὴ ἴνα ἐκκείσῃτο, πρὸ τῆς ἐπανύμνου, καὶ πάντες ὁρῶεν, ὀκλήμων λασιδὲς ἐγράφετο δημοθῆνῳ πυανία λαιποταξίς. ἀνακρίνεται τούτῳ τῷ γραφῶν* inquit: id est, Neque enim ille calūniator ad diem affuit percunctationis solēnis, vt rogaretur à magistratu. quod perinde valet ac si diceret, accusationē pro derelicto habuit: cuius rei multa erat ignominia nota. erat enim simile aliquid iurisiurandi de calumnia. Et *ἐπὶ Ὀλυμπιοδώρου, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἀρχὼν ἀνέκειναι πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἀμφισβητήσι, καὶ ἀνακρίνας εἰσῆγαγεν εἰς τὸ δικαστήριον. καὶ ἔποσι ἡγωνίζετο πρὸς τοὺς. Est etiam ἀνάκρισις interrogatio testium, & quæstio de aliquo facto habita, vt apud Athenæum, vbi de Cydoniis malis loquitur. ἐδωγαδῆναι δὲ ἔδει ὕπερον ἢ ἀνακρίσεως ἢ τὸ φάρμακον παλίνθεος, καὶ ἐδωγόνθεος τὸ χυμόμελον ἐκ τῆς τῆς μήλων συνθέσεως. Et quod Latini querere dicunt, & quæstionem habere, quod etiam inquirere dicitur: id Græci vocant ἀνακρίνειν. & ἀνάκρισιν ipsam quæstionem, reorūque interrogationem, siue id per tormenta fiat, siue sine tormētis. Plutarchus de Augusto, *γράφας νόμον πῶς δεῖ ἀνακρίνασθαι ὅτι αἰτίαις χυμόμελεις, καὶ πῶς δεῖ κολλάζεσθαι τῶν ἀλόγους.* cum lege sanxisset quonam modo de reis habenda sit quæstio, qualique animaduersione in conuictos vindicandum esset. Id vulgò processum rei delati aut comprehensi facere vocat: & ex ore eius rei veritatem exquirere. ἀνάκρισις etiam aliud significat non absimile diuinationi de accusatore constituendo. sed nihil nunc ad rem pertinet. Quod autem hic ἀνάκρισιν legere debeamus, ex diui Lucæ loco intelligi potest actorū vicesimo quinto, vbi Festus præses ait se ἀνάκρισιν de Paulo facturum, eaq; demum facta ad Cæsarem Paulum missurum cum elogio. ὅπως τὸ ἀνακρίσεως χυμόμελεις ἔχει τὸ γράφει. absurdum enim esset, inquit, hominem causam ex vinculis dicturum mittere, & crimina contra eum testata prætermittere. καὶ τοὺς κατ' αὐτῶν αἰτίας μὴ σημαίνει. Ex cuius verbis satis patet quid sint reorum elogia, cuius in hoc loco Iuriscons. meminit. Sequitur, *διὸ πρὸς ἡγᾶρον αὐτὸν ἐφ' ὑμῶν.* ideo in medium producendum coram vobis iussi, vt palam scilicet de eo quæstio percunctatioque haberetur. In summa ἀνακρίνω verbum est Atticorum, & significat τὸ ἀναπρωθάνομαι καὶ ἀνερῶτό: καὶ ἡγετάζω, καὶ βαλάνίζω, ὃ καὶ κείνω λέγεται.*

Dicere multam.

IN cap. Nequis, sub eodē titu. De custodia reorū, Et iis qui vinctos soluerint, multa dices.) Dicere multā verbū est antiqui iuris. Gellius libro decimo, Quum autem vsus & mos sermonū is sit, vt ita & nos loquamur vt plerique veterū locuti sunt, multam dixit, & multa dicta est: non esse ab re putavi notare quod M. Cato aliter dixit in quarto Originū. Idem ex Varrone, Sed cum eiusmodi multa pecoris armētūq; à magistratibus dicta erat: adigebantur oues bouesque. Hoc prisco more locutus est Alexander Imperator in principio De modo multarū, Codice Iustiniani. Liuius lib. quinto secundi belli Punici, Tribuni pl. cum rem infamem inuisamq; cernerent: ducentūm M. aris multam Posthumio dixerunt. *πρὸς τὴν μὲν δὲ δημοσίᾳ. vel ἐν μὲν μὲν χρημάτων*

των

των αὐτῶν ὅτι προσμύθη. Quoniam autem libenter haftenus feci, vt cum ita tulisset occasio, operam & ipse virilem impenderem in interpolanda Latinæ linguæ elegantia: in hac quoque ipsa functione tametsi defunctoria, id ipse facere institui, cū eo quoque, vt additamenti liberalioris nomine Græcorū nōnunquā locutiones subiungam, quādoquidem memoriæ nostræ instituto, & quod ad literarum quidem meliorum profectum pertinet, felicitate mira huius ætatis effectum est, vt lingua Latina Græcāque diu inter se peregrinæ & exteræ, nec Cōmercium & cognatio linguæ Latinæ cū Græcā. inter se noscitant, veterem non modo affinitatē agnoscerent, sed etiam cognationem: tessera vtiq; necessitudinis auita ē monumētis eruta situ & carie squallentibus: societatem etiam studiorum mutuo vt coirēt denuo, commerciique iura passim atque contubernii vsurparent. Fremant frendeantq; licet, vociferationeq; rumpantur homines aduersis musis nati, tumultuoseq; reclament: spero huius studii cōmentationisq; paucis annis euasuram eò contentionem, antiqua plenaq; vt ratio colendæ philosophiæ perpoliendorumq; ingeniorum velut rediuiua generi humano vitæq; restituatur. Itaque quādò in mentionē multæ dicendæ incidimus, hoc quoque congruenter iam dictis addere poterimus: hoc verbum dicere, aliis etiā vocabulis olim peculiari quodam iure attributū fuisse, quodamq; coniugio deuinctū. Dicere sacramen- Dicere facta mento. to, sermo est antiquorum. Liuius libro quinto secundi belli Punici, Si qui roboris satis ad ferenda arma habere viderentur, etiam si nondum militari ætate essent, milites fierent: Tribuni plebis, si eis videretur, ad populum ferrent, vt qui minores decem & septē annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si .xx. annorum aut maiores milites facti essent. Plinius ad Traianū, de seruis inter tyrones inuentis, Ipse enim dubito ob hæc maximè: quod vt iam dixerāt sacramento, ita nondū distributi in numeros erāt. qui locus corruptè legitur in peruulgatis exēplaribus. Dicere hoc in loco pro destinare & dicare accipi potest. hoc enim etiā dicere significat, teste Nonio. Idem Liuius lib. .iiii. ab vrbe condita, Hoc decreto consul armatus, cū paucis appellantibus tribunū, collum torsisset, metu cæteri sacramēto dixere. Dicere do- Dicere doti. ti dicebāt, pro in dotem promittere. Terētius in Heauton. Sed ita dictū opus est, si me vis saluum esse, & rem & filium: me mea bona omnia doti dixisse illi. Cicero pro Flac. Doti (inquit) Valeria omnē suam pecuniā dixerat. Idem, Si sit in tutela Flacci: quæcunq; sine hoc authore est dicta dos, nulla est. Inde dicta puella. Nonius, Inter speratam (inquit) dictā, pactam & sponsam hoc interest, quod virgo postquā petitur, sperata dicitur: dehinc promissa, dicta vel Dicta sponsa & pacta. pacta. Virgilius, Et coniunx quondam tua dicta relinquitur. Reliqua exempla sunt apud Noniū. Dicere diem est constituere, vt in illo Terentiano: Placuit: despōdit: hic nuptiis dictus est dies. Inde fit vt dicere diē sit vadimonio capitali obstringere. Liuius lib. .iii. ab Vrbe cōdita, Verginius ex collegio vnus Cæsoni capitis diem dicit. Tranquillus in Cæsare, Subornauit etiā qui Caio Valerio perduellionis diē diceret. παρασκευάζει τὴν κρινουμένην τὴν ἀλέρειον. προδίδας: vel ὑφῆκε τὴν προβαλλόμενον ὑποβιβάζουσι ἀλέρειον ἔτι τὴν πολιτείαν. Dicere etiā dictatorem dicebāt pro creare. Liuius. Nam neq; id vitiū nostri facile fuisse, cū consul oriēte nocte silentio diceret dictatorem. Idem, Quod plebeius dictator sit dictus,

b iii

id vitium auguribus visum. Et dicere magistrum equitum.

I N tractatu Legis Iuliæ maiestatis, in principio: Maiestatis crimen est illud quod aduersus populum Romanum, vel aduersus securitatem eius committitur.) Securitatis significatione non intellexisse Accursium hoc tempore risu dignum esse censetur: illa tamen ætate venia dignum videri potuit. Sed in huiusmodi (quæ multa sunt in libris huius studii) loca, ignoratiæ noxa longe lateq; grassari solet. nam chorus ille Iuris peritorum, qui docturæ appellatione censentur, præiudicium ferè Accursianæ authoritatis sequuntur in interpretatione vocum. Quibus vero hodie iuridica tribunalia insidere cõtigit, aut subsellia curiarũ liliata implere: ii si in eorum authoritate esse omnino sibi persuaferũt (quæ multo maxima pars est hominũ iuris peritia præditorũ) Accursianæ imperitiæ contagione vt inficiantur necesse est. At sententiæ numero in iudiciis & consiliis valent, vnde decreta conficiuntur, stomachante interdum paucorũ intelligentia, quæ etiam risu, ne quid dicam indignius, excipi solet. Ita quò tandem pertineat vis huius mali, animaduertentibus satis conspicuum est. Mihi huiusmodi indignitatem oculis auribũsque arbitrari non semel contigit ex quo in eos confessus admissus sum in vrbe, atque in comitatu principis, quibus res cõtroversas semel iudicare moribus nostris comparatũ est. Affui aliquando cum hic locus citaretur, in sententiãq; Accursii, haud dubiè traheretur ad cõfirmandam censentiũ opinionem. Id quod ego rogatus sententiam, quasi aliud agens perstrinxi, nullius addictus iurare in verba magistri: sic enim ab illis doctores appellantur. Sed & tũ & aliàs attentionem magis quàm assensionem merui: tametsi in familiariori confessu paucorum æquis sæpe hominibus vsus sum, vi veritatis, vt videbatur, magis quàm authoritate mea aut existimatione valente. Securitas est quam Græci ἀσφάλεια vocant, & ἀμεριμνία, atque etiã ἀσφάλεια. Cicero euthymiã Democriti, securitatẽ appellat in Finibus, his verbis, Democriti autẽ securitas, quæ est animi tanquã tràquillitas, quã appellat euthymiã, eò separãda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas est ea ipsa beata vita. Securitas curæ & anxietati opponitur. Securus seorsum à curis est, ἀμεριμνος ἔχειν: qui scilicet vacat perturbationibus animi: hoc est ἐν δούλῳ ἔχειν καὶ ἀπαθείῳ, qualis est illa Democriti. Sed securitas reip. est ἀσφάλεια: cũ scilicet status reipub. ita cõpositus est, vt nulla ex parte periculũ imminere videatur, nec sit metus belli externi aut intestini. & ita hoc loco securitas ab Vlpiano Latinæ locutionis libenter obseruãte, vt tũ ferre tẽpus & professio potuit, accepta est. Ab simili Latini sermonis ignorance, nisi fallor, corruptũ est pulcherrimũ apophthegma Sapiẽtis, cap. xv. Prouerbiorũ, Omnes dies pauperis mali secunda mēs, quasi iuge conuiuiũ. neq; enim mali epithetum est pauperis, vt scholiastæ & glossularii intellexerũt: sed est substantiuũ nomen, hoc sensu: Omnis vita pauperis animi est cõstitutio securitate mali prædita. Sic Lucanus in. v. Pharf. O vitæ tuta facultas Pauperis, angustiq; lares: o munera nõdũ Intellecta deũ. quibus hoc cõtingere tẽplis, Aut potuit muris, nullo trepidare tumultu Cæsarea pulsante manu? Securus enim genitiuo iũgitur, vt apud Quintilianũ in. viii. qui de Tautologia loquẽs, Hęc enim (inquit) quanquã non magnopere summis authoribus

Securitas.

Locus in
Prouerbis.

bus vitata, interim vitium videri potest: in quod sepe incidit etiam Cicero, securus tam parvæ observationis. Et apud Virgiliū, Securus amorū. Similis est infcitia Accursii in interpretatione vocabuli impostura, in tractatu De crimine stellionatus: & in aliis permultis, quæ hodie notiora sunt, quàm vt adnotari inter animaduersa à nobis mereatur. Si quis autem Latine dicere cupit quod Accursius intellexit securitatis vocabulo significari: hoc modo dicendum erit, contra fidem publicam aliquid esse commissum. Liuius, Quos Philopœmen depoposcerat, ipsi se ituros professi sunt fide accepta à legatis, vim abfuturam donec causam dixissent. Sallustius, Postubi fide publica accepta dicere iussus est, omnia aperit. Idem, Comes eius qui Romam fide publica venerat. Cicero in Pisonem, Hunc Thessalonicam fide tua venire iussisti. Fide publica venire. Nostri saluum conductum vocant. Securitas autem in hoc significato vernacula est locutio, non Latina, tametsi à Græcis ἀσφάλειαν δίδναι dicatur cauere alicui, hoc est satisfacto promittere: quod vicinam habet significationem superiori. ἄδειαν φησὶ δαξ dicit Andocides orator: plebiscito potestatem facere impunitate promissa. Pausanias ἄδειαν δίδναι.

IN capite sequenti, Quive è prouincia cū ei successum esset, non discessit.) legendū decessit. Est autem decedere, ei qui successor missus est, cedere. Decedere. Cicero ad Atticū, Non putet nos senatus antè oportere decedere, quàm nobis successum sit. Inde decessor Vlpiano, in lege, Obseruare. in tract. De offi. pro-cōsulis. Recte autem (inquit) & ordine faciet, si edictū decessori suo miserit: significetq; quo die fines sit ingressurus. Cum autē successum esse alicui dicebant, abrogatum ei imperiū esse significabant. Et successorem dare vel mittere, Successorē mittere. est magistratum abrogare: quod nunc officiū auferre vulgò dicimus. Lampridius de Alexādō, Si vnquam alicui presentīū successorē dedit, semper illud addidit: Gratias tibi agit resp. eumq; ita muneratus est, vt priuatus posset honeste viuere. Capitolinus in Anto. Successorem viuenti iudici nulli dedit: nisi Orphito præfecto Urbis, sed petēti. ὅθεν παρέλυσεν δικαστὴν τὴν ἀρχήν. Cicero in Pisonem, Cum tu non solum quod tibi succederetur, sed etiā quod Gabinio non succederetur, penè exanguis & mortuus cōcidisti. Idem in eundem, Altera ratio, quod ii quos in prouincia liberalitatis & virtutis suæ testes habuerat, nondum decesserāt. A quo authore adnotandū est eos decedere dici, qui Decedere. in Urbem redierant: vt pro Muræna, Multi obuiam prodierūt de prouincia decedēti. Inde decessio. Cicero ad Quintum Fratrem, Ego tibi spem maturæ decessionis afferebā. Est etiam decedere, idem quod cedere. Idem ad equites Rom. Quas ob res inimicorum amentia, cupiditatiq; paucorum, omnium salutis causa decedam. τῇ τῶν ἐχθρῶν μὲν αἰοία ἐκχωρήσω. Decedere autē de officio & Decedere de officio & more. dignitate sic dicitur, vt decedere de more suo: hoc est contrā quàm decet atq; officiosum est, aliquid agere. Cicero in Verrem, Quid faceres pro homine innocēte & propinquo, cum propter hominem perditissimū atque alienissimū de officio decesseris? Idē, Hi cū de tuis factis publicè cōquerūtur: nōne hoc indicant, tātas esse iniurias, vt multo maluerint de suo more decedere, quàm de tuis moribus non dicere? Dicitur & officio decedere. Liuius, Eas quoq; colonias quæ officio decessissent: & reliqua. id est inofficiose egerāt: quæ officio

non erant in Rom. pop. functæ. αἱ τὰ κατ'ἴκοντα ἔκ ἀποπέλεισται. Decedere etiam alicui, est homini occurrere nolle, & vitare hominem. Cæsar, Quibus ita interdīctū est, iis omnes decedunt: aditū sermonemq; defugiūt. τὸς πάντες ἐκτρέπονται. Interdū tamē honoris causa de via decedimus, id est ἀπεξίσταμεθα. Plutarchus in Graccho, καὶ γαῖα βεττερεῖς θάνατον κατέγνωθεν, ὅτι δημοῦρχω περιδομένῳ δι' ἀγορῆς, ἔχ' ἀπεξίστη μόνος. vbi subintelligēdum τ' ὅλθ. Decedere de iure suo quid sit, nos alibi diximus. τῶν δικαίων ὑπέλαθ' τῶν ἰαντῶ. Quibus autē successor mittitur, ii ἀνέπαυτοι dicuntur. Successorem mittere, ἐπαπέσθαι τὸν δεξιόμυλον.

IN cap. sequenti, Qualis est ille qui in bellis cesserit, aut arcē tenuerit, aut castra cōcesserit.) Existimo legēdū vno verbo imbellis, & deesse hic negationem: vt sit, Qui arcē nō tenuerit, vel potius, aut hostem arcere renuerit, id est propulsare hostes cū posset, noluerit. Liuius de Fulvio, qui exercitū in Apulia amiserat, Ergo effecisse vt & feroces & inquieti inter socios, ignaui & imbelles inter hostes essent: nec hercule mirū esse milites in acie nō stetisse, cum primus omniū Imperator fugeret. Et paulum infrā, Bis (inquit) Fuluius est accusatus, pecuniaq; anquisitū: tertio testibus datis, cū iurati permulti dicerent fugæ pauorisq; initiū à prætore ortum: tanta ira accēsa est, vt id capite anquirendum cōcio fucclamaret. tum Sépronius perduellionis se iudicare Cneo Fulvio dixit: diemq; comitiis à Calphurnio prætore petit. Quo in loco, vt & in aliis, iudicare antiquo more dictū est ex imitatione Græcorū, qui κείναι dicunt pro diē dicere, vt superius diximus. Apud Suidam etiā legimus capitalē fuisse noxam imbelliæ, & stationis desertæ. παρὰ γὰρ ῥωμαίοις θάνατος πρὸς μὲν λιπόντι πλὴν ἐφ' ὅσον. Trāquillus de Augusto, Cohortes siquē cesserant loco, decimatas ordeo paut: Centuriones statione deserta, itidē vt manipulares, capitali animaduersione puniit. Possumus etiā intelligere quam Græci ἐμελοκακίαν vocāt, cū milites Imperatori infensi vincere nolunt. Paus. κατὰ γόνιες ἐμελοκακίῃσιν σφῶς ἐν δ' πολέμῳ δ' πρὸς κάθυστρον. est enim ἐμελοκακίαν hoc in loco, consulta & meditata ignauia hosti cedere. Sic Hérodoteus, οἱ δὲ πολλοὶ ἐμελοκακίῳ τε καὶ ἔφθνον. eā ob causam decimatū exercitū ab Appio Claudio cōsule Romano apud Liuium legimus lib. ii. ab Vrbe cōdita circa finē. Aut imbellis igitur, aut imbellia legēdū est: alioquin nō in bellis Iuriscōsultus, sed in præliis dixisset. At vero quæ sequūtur in cap. Nō cōtrahit, nugatoria videri possent, nisi vestigia principū crudelitatis in ipsis agnosceremus ex scriptis historicorū. Tranquillus in Tiberio, Sub idem tēpus (inquit) cōsulente prætore an iudicia maiestatis cogi iuberet: exercendas esse leges respondit, & atrocissime exercuit. Statuæ quidam Augusti caput dépserat, vt alterius imposeret. acta res in Senatu: & quia ambigebatur, per tormenta quæsitā est. damnato reo, paulatim eò calumniæ res processit, vt hæc quoq; capitalia essent, circa Augusti simulacrū feruum cecidisse, vestem mutasse, nummo vel annulo effigiem impressam latrinæ aut lupanari intulisse. & reliqua quæ author ille prosequitur. Hoc enim crimen latissime olim patebat sub tyrānis Imperatoribus. Propterea Plinius in Panegyrico ad Traianū, Locupletabant (inquit) & fiscum & ærariū non tam Viconiæ & Iuliæ leges, quā maiestatis singulare & vnicum crimen eorū qui crimine vacarent. Huius tu metum penitus sustulisti, contentus magnitudine, qua

Perduellionis iudicare.

Iudicare.

qua nulli magis caruerūt, quàm qui sibi maiestatem vindicabant. Plinius auunculus lib. xxxiii. Fuit & alia Claudii principatu differentia insolens iis quibus admissionem liberti eius dedissent, imaginem principis in annulo ex auro gerendi: magna criminum occasione. quæ omnia salutaris exortus Vespasiani principis aboleuit æqualiter publicatio principis. Hoc idem se fecisse Alexander Imperator Roma. testatur in sanctione sua quæ primo loco sita est sub eodem titulo in Codice Iustiniani. Ouidius libro quinto Fastorum, ex Honoris & Reuerentiæ coniugio ortam esse Maiestatem voluit. antea autem nec Maiestas, ætatis nec dignitatis habebatur ratio, summæque imis erant permixta: postea autem ordines rerum diuinarum humanarumque distincti.

Donec Honor, placidæque decens Reuerentia vultu,

Corpora legitimis imposuere toris.

Hinc fata Maiestas, quæ mundum temperat omnem:

Quæque die partu est edita, magna fuit.

Et paulo inferius,

Protinus intrauit mentes suspectus honorum.

Fit precium dignis: nec sibi quisque placet.

Et rursus,

Assidet ipsa Ioui, Iouis est fidissima custos:

Et præstat sine vi sceptrum tenere Ioui.

Venit & in terras: coluerunt Romulus illam

Et Numa: mox alii tempore quisque suo.

Maiestas erat in populo, & autoritas in senatu: cuius definitio Ciceronis verbis: mox explicabitur. Maiestatis crimen duplex erat: vnū læsæ, & alterum imminutæ: cuius nulla in iure metio extat. Læsæ exemplum est memorabile apud Trāquillū in Claudio, Notauit (inquit) & quendam quod comes regis in prouincia fuisset: referens maiorū temporibus, Rabyrio Posthumus Ptolemæū Alexandriæ crediti seruandi causa secuto, crimen maiestatis apud iudices motū.

Ex quibus verbis apparet maiestatem populi Romani læsam maiores ob id existimasse, quod ciuis Romanus affecit se regi & comitem præbere non dubitasset contra morem maiorū, vt creditā pecuniam reciperet. Imminutæ maiestatis Cicero libro secundo de oratore meminit: Si res (inquit) tota quæritur, definitione vniuersa vis explicanda est, sic: Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit, qui exercitū hostibus populi Romani tradidit. Idem alibi, Mihi ipsi cum Sulpitio fuit in Norbani causa contentio. Pleraque enim de iis quæ ab ipso obiiciebātur, cum cōfiterer, tamen ab illo maiestatem imminutam negabā: ex quo verbo lege Apuleia tota illa causa pēdebat. Et in Partitionibus orator. Maiestas (inquit) est in imperii atque populi Romani dignitate, quam minuit is qui per vim multitudinē ad seditionē vocauit. Hinc existit illa disceptatio, minueritne maiestatem, qui voluntate populi Romani rem gratā & æquā per vim egit. Quod Cicero minuere maiestatem vocat, ætas sequens lædere appellauit. Dicebant & soluere maiestatem: vt Liuius libro secundo secundi bel. Pu. Horū opportunus aduentus consules imperii potentes fecit, cū ambitio alterius suam primū apud eos praua indulgentia maiestatem soluisset. Cui con-

Maiestas in populo.
Maiestas imminuta.

Maiestas læsa.

Soluere maiestatem.

Retinere.
maiestatem.

trarium est retinere maiestatem : quod nunc vulgus seruare autoritatē vocat : vt idem lib.iiii.bel. Maced. Si in sua quisque nostrum matrefa. Quirites ius & maiestatem viri retinere instituisset:minus cum vniuersis fœminis negotii haberemus.Cicero in Orat.perfecto,Ius omne retinēdæ maiestatis Rabyrii causa continebat:ergo in omni genere contentionis exarsimus. Dicitur

Constituere
maiestatem.

& eleganter cōstituere maiestatem:quod significat lapsam aut labantem cōfirmare dignitatis venerationem , atque amplitudinis existimationem: vt in illo loco concionis Sallustianæ,Maiores nostri parādī iuris & maiestatis constituendæ gratia per secessionē armati bis Auentinum montem occupauere. Ab antiqua etiam loquendi consuetudine dixit Proculius inferius in tract. De captiuis,cap.Non dubito,Siue is populus fœderatus est:siue fœdere comprehensum est,vt is populus alterius populi maiestatem comiter cōseruaret. Hoc enim adiicitur,vt intelligatur alterum populum superiorem esse:nō vt intelligatur alterū non esse liberum.Hæc verba Cicero in orat.pro Cornel. Balbo interpretatur his verbis,de Gaditanorum fœdere loquens, Adiunctū

Maiestatem
popu.Ro.co
mitter confer
uent.

etiam illud est,quod non est in omnibus fœderibus:Maiestatem po. Ro.comiter conferuent.Id habet hanc vim,vt sit ille populus in fœdere inferior. Primum verbi genus huius cōseruēt,quo magis in legibus quàm in fœderibus vti solemus:imperantis est,non precantis. Deinde cum alterius populi maiestas conferuari iubetur,de altero filetur:certè ille populus in superiore cōditione causaque ponitur,cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. In quo erat interpretatio accusatoris indigna responsione:qui ita dicebat comiter esse communiter.Comes benigni,faciles,suaues homines esse dicuntur,qui erranti monstrant viam. communiter quidem certè non conuenit. His verbis Ciceronis apparet nō cōmuniter legēdum in eo loco,vt Accursius suspicatus est. Dicebant etiam conferuare maiestaté:quod Liuius & Valerius post Ciceronem retinere dixerunt:vt idem pro Rabyrio perduel. reo , Fit senatusconf.vt consules adhiberēt Tribb.pl.& Prætores quos eis videretur:ope-

Vt imperiū
populi Ro.
maiestasque
conferuetur.
Minuere ma
iestatem.

ramque darent,vt imperium populi Romani maiestāsque conferuaretur.Id nunc vulgò dicunt,Ita agant vt rex sit potentior vel fortior:vel ita faciant,vt iustitiæ obediatur.Maiestas & ἀξίωμα dicitur,& ἀξίωμα πικόν. dicitur & μεγα-

Imminuere
imperium.

λαϊόν. Minuere autem & imminuere verba vsitatiora antiquis fuerunt, quàm lædere:vt Cicero in Philip.pri. Quid enim turpius, quàm qui maiestaté populi Romani per vim minuerit,eum damnatū iudicio ad eam ipsam reuerti propter quam sit iure damnatus? Per vim minuisse maiestatem publicam dicit eum,qui vim publicam commiserat. Sic imminuere imperium dicebant: vt Liuius libro octauo ab vrbe condita,Religio incessit,ab iis quorum imminutum imperium esset, comitia haberi. Imminutum imperium dicit eorum qui iussi erant magistratu se abdicare.Id sic Græcè dici potest, ὁ δὲ θυμὸν δὲ ἐπιήκεντο τῶν τοῖς ἀρχαῖς βραβεύων ὧν & κράτος ἠλάττωτο. Cæsar libro tertio de bello ciuili,Concursum ad se fieri videt, quod fasces anteferrentur, in hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui prædicabat. & ἀξίωμα & βασιλικὸν καλῶσαι ἔφαθον.de Alexandrinis loquens.Sic imminuere ius imperii. Cicero in Verrē actione quinta,Tritici modia lx.M.empta populo Romano dare debebāt & solebant

solebant: abs te solo remissum est: respublica detrimentum fecit, quòd per te imperii ius vna in ciuitate imminutum est. Idem in eadem, In hoc facinore dii immortales violati: existimatio atque auctoritas Romani nominis imminuta. Et pro lege Manilia, Patres nostri libertatem ciuium Ro. imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis? Inde imminuere magistratum dicebant: quod nunc derogare iuribus & prerogatiuis officii dicunt. Idem in Ver. Cur imminuisti ius legationis? quo in loco Asconius, Qui potestatem (inquit) suam in administrando non defenderit, imminuti magistratus veluti maiestatis læsæ reus est. Liuius libro quarto de Aemylio Mamercus loquens, qui censuram antea quinquennalē lege dictatoria annuam ac semestrem fecerat: Censores (inquit) ægrè passi, Mamercum quòd magistratū populi Romani minuisset, tribu mouerunt. Plinius in Panegy. Nullius ab eo magistratus ius, nullius potestas imminuta est: aucta etiam: siquidem pleraque ad prætores remittebat. Hic loquēdi modus à Græcis tractus videtur. Aristoteles in secundo Politicōn, καὶ πῶς μὲν οἱ ἀρχαὶ πόλιν ἐκείνην ἐκλόσσει καὶ ἐξοικλῆναι. Plutarchus itidem sæpe. Adnotauimus autem apud priscos hoc crimen maiestatis esse vocatum, non læsæ maiestatis, vt ex locis à nobis citatis liquet, nullumque Iurisperitorum in hoc tractatu, præter Papinianum, læsam maiestatem dixisse. Laudatur etiam Paulus auctor huius vocabuli, in lege, Meminisse, Codice sub eodē titulo. Prisci perduellionem vocabant, quam coniurationem historici appellant, & quicquid ita committebatur, vt in euersionem libertatis Romanæ cederet. Valerius libro sexto, Cum Tyberius Gracchus & C. Claudius ob nimis seuerè gestam censuram maiorem partem ciuitatis exasperassent: iis Marcus Popilius trib. pleb. perduellionis ad populū diē dixit. Hoc iudiciū obsoleuisse tādē ex Ciceronis verbis coniicio in oratione pro Rabyrio, Nā perduellionis (inquit) iudicio, quod à me sublatū esse criminari soles: meum crimen est, non Rabyrii: quod vtinam Quirites ego aut id primus, aut solus ex hac republica sustulissem. Quid enim optari potest quod ego mallet, quàm me in consulatu meo carnificem de foro, crucem de campo sustulisse? Et paulò inferius, Quamobrem vter nostrum tandem Labiene popularis est: tūne, qui ciuibus Roma. in concione ipsa carnificem, qui vincula adhiberi putas oportere: qui in campo Martio comitiis cēturiatis, auspicato in loco, crucem ad ciuium Ro. supplicium defigi & cōstitui iubes? & reliqua quæ ille porrò dixit: vnde intelligimus vetustissimam illam fuisse legem sæuissima sanctione horrendam. Perduellionis autem crimen Rabyrio intenderat Labienus trib. pl. ob Saturnini mortem, qui senatus auctoritate contra fidem publicā interfectus fuerat: senatusconf. scilicet facto in hæc verba, operam darent consules, vt imperium populi Romani maiestasque conseruaretur. Propterea in Oratore perfecto Cicero gloriatur se apud populū senatus auctoritatē defendisse in causa Rabyrii. Vlpianus hic perduellionis crimen distinxit ab eo quod maiestatis appellatur, & latissimè patet. Hic addam vnū quod ad maiestatis crimen pertinet, ex Plutarcho in Gracchis: Gaium Buturium vltimo supplicio affectum à Romanis, quòd Tribuno plebis de via nō decessisset in foro ambulanti, cum instituto antiquo omnes ei cedere moris

Imminuere magistratū.

Maiestatis crimen.

Perduellio.

Animaduerte.

Maieſtatis
crimē, & cō-
iurationis.

Animaduer-
ſedus locus.

effet. Tacitus maieſtatis crimen & cōiurationis diſtinguere mihi videtur his verbis lib. xiiii. Antiftius (inquit) qui carmina probroſa in principē factitaue- rat, maieſtatis delatus eſt. Et libro decimoſexto, Crispinus nuper crimine cō- iurationis in Sardiā exāctus, accepto iuſſæ mortis nuncio ſemet interfe- cit. Quintus Curtius libro quinto author eſt huius criminis horrendā fuiſſe legē olim apud Macedonas: è qua, vt opinor, oriūda lex fuit illa cantatiſſima Honorii & Arcadii, quæ ſub eodem titulo extat in Codice Iuſtiniani, quam Alexāder libro ſeptimo eiufdē Curtii his verbis gloriatur ſe ſuſtulſiſſe & an- tiquaſſe. ad conuictos enim cōiurationis loquēs, Non oportebat (inquit) vos ſcire quid de veſtris parētibus ſtauiſſem, quò triſtiores periretis, ſiqua vobis parentū memoria & cura eſt: ſed olim iſtū morē occidendi cum ſceleſtis in- ſontes propinquos parentēſq; ſolui. Hoc exemplū Alexādri ſecuti iidem ipſi Arcadius & Honorius, ſanctiōē illā promulgarunt quæ eſt in tract. De pœ- nis, Cod. cuius initiū, Sancimus. Qua lege ego legem Quifquis, abrogatā eſſe aliquando cenſui in ampliffimo conſeſſu: tametſi religione iudicandi magis adductus id fecerim, quā perſuadēdi fiducia, apud eos quidē qui tēpora cu- iuſq; legum authoris animaduertere negligunt, quando quidē interpretes iu- ris rationē tēporū non habuerūt, quorū hodie reſponſis ſtat huius doctrinæ æſtimatio & authoritas. Mihi vero in eo falli interdū videntur homines alio- quin iuris peritiſſimi, quòd aut verbis legū vim afferunt, aut Iuriſconſultorū reſponſis: cum locos iuris diſcrepantes, interpretationibus inter ſe diſſidenti- bus ad concentū reducere ſe credunt. Id adeò mihi æſtimare in mentē venit, cum legē ſecundā tituli De prædiis minorū, quæ lex eſt Gordiani lib. quinto Codicis, cū lege Iuſtiniani cōponerē quæ eſt ſub titulo, Si maior factus alie- nationē ratā habuerit. cum enim longē promptius, tū etiā vero propius mihi videtur, antiquiorē legē poſteriore abrogari, quā ſcholiis aliis atque aliis di- cta diſſidentia conari conglutinare. Similis, niſi fallor, eſt hallucinatio, cum legē Alexandri, quæ quarta eſt in tractatu De furtis, cū lege Græca Iuſtinia- ni, quæ tertia eſt à fine, non diſſonā eſſe contendunt. Quarū tamen diſcrepā- tiam ciere contentiōē non modicam vidimus in iudicando reo vno, qui ad furtū nequicquam famulū probū adhortatus fuerat, patrefamiliās rei cōſcio, & cum famulo colludēte, vt hortatorē deprehenderet: cum ego conſentaneū magis eſſe ducere Alexādreæ ſanctiōis authoritatē poſteriore lege antiqua- tam fuiſſe, quæ non euentū attendēdū, ſed cōſiliū voluit. Quid legē vltimā, quæ eſt Cōſtantini, ſub titulo, Si pend. appel. mors interuenerit: nōne abro- gatam eſſe, & expeditius & longē cōgruentius eſt dicere & defendere, quā nugæ cōminifci, ac planè ariolari, ne antinomia eſſe videatur cum lege Græ- ca cōparata, cuius initium eſt Cum antiquioribus, ſub tract. De iure deliberā- di: Noſtræ verò opinioni nō magnopere reclamare id mihi videtur, quòd lex altera ſub titulo, Qui & aduerſus quos in integrū reſtitiōē poſtulēt, quæ lex eſt Iuſtiniani, non modò legi, Si ſuperſtite, in tractatu De dolo, quæ longē antiquior eſt: ſed etiam legi eiufdē Iuſtiniani refragatur, ſub titulo, De bo- nis quæ liberis. Facile enim eſt obiectum diſſoluere, vel Accuſatio ipſo iudice: ne mihi eò confugiendum ſit, quod in prior editione de Iuſtiniano Tribon- nianoque

nianóque diximus. Horum autem & similium iudicium penes homines erit in iis controuersis dirimendis, quarum iudicium æquo & bono magis temperandum est: quibus in ipsis vberior est licetia contra receptas auctoritates non nihil audendi dum sententiæ rogatur. Sed tamen ne id piaculare esse videatur inter eos qui eodem iureiurando adacti sunt, ecquis est eorum qui aureis habent æquas audiendæ veritati, vel longissimo intervallo postliminium postulanti, qui negare audeat legum interdum sensum fugisse homines iuris consultissimos, etiam ut verba intellexerint? Hic locum vnum exempli causa citabo. Extat lex Antonini sub titulo De usuris, in hæc verba, Usuræ per tempora solutæ non proficiunt reo ad dupli compensationem. tunc enim ^{Lex de usura} ultra fortis summam usuræ exiguntur, quoties tempore solutionis summa usurarum excedit eam computationem. Ego hunc sensum horum verborum esse dico: quod de usuris Romani principes sanxerant, ut earum cumulus ultra fortem geminatam exigere nulla actione posset, ita intelligendum esse, si modò eo tempore quo creditor experitur, ea summa in quam actionem suam concipit, duplum fortis excedit. id enim quod ultra duplum fortis excurrit, efficaciter peti non potest: non etiam si eo tempore quo agit ex stipulatu, usuræ antè ab eo perceptæ, cum iis quas sibi deberi contendit, cumulatæ, duplū fortis excedunt. tunc enim summoueri creditor exceptione non potest: ut verbi gratia: esto semissis usura in stipulatum deducta: ducentesimo illa quidem mense, id est anno sextodecimo & octauo mense fortè æquabit, ut post Hermolaum Barbarū nos copiosè in libro de Ase docuimus. Ita fit ut tertio & tricesimo anno & quatuor mensibus duplum forti scenore accesserit: id est ut fors centenaria ducenarium scenus pepererit. Age fac ut creditum iam sit adeò vetustum, ut quadruplicato scenus creuerit, cum interim debitor nō acriter appellatus nihil soluerit usurarum: utrum quadruplū peti poterit? Nego lege agi posse ultra duplū: Nam eius quod plus debetur, petitio, vi legis perimitur. Sin cum actio instituitur, non ultra duplum fortis debetur: etiam si id quod multis antè annis perceptum est à creditore, vel duplum vel quātumuis excedit: id tamen debitori nihil prodest ad creditorem summouendū legis interpretatione, quæ in futurum ipsa calculum non admittit. Ita fit ut usuræ non modò duplicato aut triplicato crescere legitimè, sed etiam octuplicato, & eo amplius possint, si creditor debitore semper appellauerit, nominaq; exegerit antequam scenus ultra duplum fortis excurreret: quod in usura centesima demum fit mense nono supra decimū sextū annū. Accursius autē, & qui eū secuti sunt, longè (nisi fallor) abfuerunt ab intelligentia huius sensus, quādò & ipsi alioquin usurarum rationem priscam absurdè intellexerant. Nec me fallabat cum hæc scriberē, nō minoris ipsa confidentiæ visum iri, quàm pridem antinomias adnotasse. sed tanti utrobique fuit conscientiæ indulgisse.

IN cap. In quæstionibus. Coniurationē denique Lucii Catilinæ Iulia mulier detexit: & M. Tullium consulem in iudicium eius instruxit.) Legendum Fulvia, ex Sallustio. & indicium, nō iudicium. Fuit enim Tullius index, id est delator ad senatum, non autem iudicium eius rei quæstionemq; exercuit, vel potius in iudicium eius M. Tullius ideò instructus dicitur, quia indicium fa-

Indicium.

ciendum ipse curauit, perfecitque quod curauerat opera eius mulieris, quoniam indicium propriè eius est qui vnà peccauerit, ut inquit Donatus in Eunuchum: idque ex verbis Ciceronis in Diuinatione satis liquet: Quapropter (inquit) si tibi indicium postulas dari, quod tecum vnà fecerit: cōcedo, si id lege permittitur. vbi tamen corruptè etiam iudicium legebatur: sed Asconius adnotauit: & indicium eius esse dicit, qui facinoris cuius ipse conscius est, latebras indicat impunitate proposita. Hoc autem in Catilinæ coniuratione contigisse, ex Sallustio constat his verbis, Tarquinius ad senatum adductus erat: quem ad Catilinam proficiscentem ex itinere retractum aiebant. Is cum diceret se indicaturum de coniuratione, si fides publica data esset: iussus à Cōsule quæ sciret edicere, eadem ferè quæ Volturcius de incendiis, de cæde bonorum, itinere hostium, senatum docet. Idem alibi, Volturcius primò fingere alia omnia: dissimulare de cōiuratione. Postubi fide publica dicere iussus est, omnia aperit. Indicare *μῶναι* Græcè dicitur. Inde *τὸ μῶναι* non tantum mercedem indicis, sed etiam peculiari significatione impunitatē conscio propositam, apud Græcos oratores significant.

Formula exceptionum.

A D legem Iuliam de adulteriis, circa principium. Marito iure mariti accusanti illa præscriptio obiicitur, si legem prodidisse dicatur ob hoc, & reliqua.) Puto hic deesse negationem: ut sit, si non legem prodidisse dicatur. Est enim hoc verbum solenne in exceptionibus. Vlpianus De pignoribus, in cap. Si debitor, Dabitur enim possidenti hæc exceptio, si non conuenit ut eadem res mihi quoque pignori esset. Martianus, Tali enim exceptione prætor creditorem tuebitur, si non inter creditorem & eum ad quem vsusfructus pertinet, conuenerit ut vsusfructus pignori sit. Marcel. in cap. Creditor, Qui potiores in pignore habeantur, Exceptio enim prioris utilis est, si non mihi antè hypothecæ pignorisve nomine sit res obligata. Idem, Quod si ille excipiat, si non conuenit ut sibi res sit obligata, hic in modum suprà relatum replicabit. Hoc autem in loco fortasse non negatiua particula, sed extraquam, restituenda, hoc modo, Extraquam si legem prodidisse dicatur. Accommodata est enim hæc particula in conceptionibus exceptionum, ut apud Vlpianum De fluminibus, Labeo scribit, non esse dandam exceptionem ei qui interdicto conuenitur, aut nisi ripæ tuendæ causa id factum sit: sed ita excipiendum ait, extraquam siquid ita factum sit, ut lege fieri licuit. Cicero libro secundo Rhetoricorum, Agit is cuius manus præcisa est, iniuriarum: postulat is quicum agitur, à Prætoris exceptionem, extraquam si in reum capitis præiudicium fiat. Hic is qui agit, iudicium purum postulat: ille quicum agitur, exceptionē ait addi oportere. In his & huiusmodi aliis priscis conceptionibus multa erat sermonis Latini gratia atque elegantia: sed à paucissimis hodie animaduersa, cum quilibet sibi Tullianæ dictionis iudicium arroget, fastidio iniquissimo, & interdum putidissimo. Quod autem sequitur, Lenocinii quidem crimen lege Iulia præscriptum est, cum sit in eundem maritum pœna statuta, qui de adulterio, & reliqua. Lego, Lenocinii quidem crimini lege Iulia præscriptum est: cum sit eadem in maritum. Præscribere pro excipere cum datiuo iungitur. Quintilianus libro septimo, Cū ex præscriptione lis pēdeat, de ipsa re quæri non

Præscribere.

non est necesse. ignominioso patri filius præscribit : de eo solo iudicatio est, an liceat. Marcel. lege tertia De præuaricatoribus, Nā si reus accusatori ideo præscribit, quòd dicat se ab alio accusatum & absolutum. *εἰ γὰρ ὁ φάτων πῶ γὰρ φῶ παρὰ γὰρ φῶ, δὲ πῶ τὸν ἀφ' οὗ γὰρ αὐτὸν ὑπὸ ἄλλας καὶ τὴν γὰρ ἔντα*

I N cap. Inter liberas, sub eodem titulo, legédum sic cēseo eo loco vbi areo- la relicta est, Lex Iulia stuprum & adulterium promiscuè καὶ συμμιγῶς appellat. & paulo pòst, Stuprum verò in virginē viduámve committitur, quod Græci *ἀφ' ὧν* appellant. Sallustius, Erat ei cum Fulvia muliere nobili stupri ve- tus consuetudo. Cicero in Antoniana secunda, Frequētissimo senatu, Caléd. Ianuariis, sedente patruo, hanc tibi esse cum Dolobella odii causam ausus es dicere, quòd ab eo sorori & vxori tuæ stuprum oblatum esse cōperiffes. Idē in Ver. act. vlti. Noctu stupri causa lectica in vrbē introferri solitus est ad mu- lierem nuptam vni, propositam omnibus. In his exemplis Ciceronis stuprū ^{Stuprum,} pro adulterio ponitur: quod parū Papinianus animaduertisse videtur. Tran- quillus, Ne prouincialibus quidem matrimoniis abstinuisse, vel hoc disticho apparet, Urbani seruate vxores, mœchū caluum adducimus. Auro in Gallia stuprum emisti: hic sumpsisti mutuū. Plautus in Amphitr. Ita me probri, stu- pri, dedecoris à viro argutam meo? Idem Tranquillus stuprare pro adultera- re dixit in Nerone. Latine etiam probrum appellatur. Cicero in eadē Philip. ^{Probrum,} Probri insimulasti pudicissimā fœminam. Liuius, Matronæ probri accusatæ. Vtitur & Trāquillus in Cæf. Græci adulteriū *μοιχεία*, *ἀφ' ὧν*, *φθοράν*, *αἰχμήν* dicunt: quod vltimum Latine probrum esse videtur. Plautus ad verbum de- decus dixit. De virgine eo amplius dicunt *ἀφ' ὧν*. Nō magnopere autem de huiuscemodi verbis Græcis restituendis laborandum est, duntaxat cum sine iis sensus legum responforūve planus est. siue enim hic *ἀφ' ὧν* legamus, siue *φθοράν*, non magnopere refert. Legi enim in fragmentis Pádectarū Græ- carum *φθορῆς* pro corruptoribus virginū: qui & vitiaiores dicti sunt: & *φθορά* Græcis etiam pro stupro in vsu est, & *ῥέβρις*: Cicero flagitium appellat.

I N cap. Si vxor, Planè siue iusta vxor fuerit, siue iniusta, accusationē insti- tuere vir potest. Nam & Sextus Cæcilius ait, Hæc lex ad omnia matrimonia pertinet: & illud Homericū assert) Accursius velut Mercuriali numine instin- ctus, vxorē iustā iniustamq; tripliciter enarravit: & in omnibus astipulatorē habet Bartolū: me verò in nulla assensorē. nam iusta mulier sic vt filius iustus dicitur: de quo vocabulo satis multa in priore editione diximus. Vt ergo iu- stus est filius, qui omneis numeros iuris familiaris filialisq; obtinet : ita iusta ^{Iusta vxor.} vxor omni iure coniugii prædita erat. *πάντας ἀριθμὸς τ' σωοικίας πδριλαβῆ(α καὶ κεκτημένη*. Aliā autē olim fuisse matrē familiās, & aliā matronā vxoremq; alibi planū fecimus. Hodie iustæ vxoris appellatio aut nulla est, aut eius est vxoris quæ iustis sponfalibus & palàm in viri manum coit, non occulto consensu. Locus autem Homeri hic citatus ab Vlpiano, Iliados libro nono ita legitur,

*ἢ μῆνοι Φίλιππος ἀλόχης μδρόπων αἰθρώπων
ἀφ' ὧν; ἐπεὶ ὅστις ἀγαθός, καὶ ἐχέφρων
τῶ αὐτῷ Φίλιππος καὶ κήδεται, ὥς καὶ ἐπὶ τῷ
ἐκ θυμῷ Φίλιππος ἀφ' ὧν τῷ πδρ' ἔσται.*

Ecquid amare suas solis fas cenſet Atridis?
 Quidni igitur prudens vxorem diligit imo
 Pectore quiſquis erit? ſiquidem Brifeida partam
 Marte meo dudum, dilexi haud ſecius ipſe.

Verba ſunt Achillis ad legatos ab Agamemnone & Græcis ad eum miſſos, Quanam igitur (inquit) de cauſa Agamemnon Græcorum populos congregandos curauit, ad Troiâque transportandos? Nunquid aliam ob cauſam, quàm propter Helenam illam formoſam? An tandem Atridæ ſoli hominum vxores ſuas amât? Brifeis autem erat nobilis ſœmina, quam honoris cauſa ex captiuarû numero delegerat permittentibus Græcis, aut eximiâ aliâs acceperat, eâmq; vxoris iuſtæ loco habere inſtituerat. Iniſtâ ergo vxorê Vlpianus vel non iuſtam, pallacam vxoris numero locôq; habitam intellexit.

Q V O D autem ſequitur, Sed & in ea vxore poteſt maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit: quanuis ſi vidua eſſet, impune in eam ſtuprum committeretur.) Accuſius vulgarê pro peruulgata & proſtituta paſſim perperam intellexit, & in antinomia diſſoluenda, deſultoria grauitate & cōſtantia vtitur more ſuo. Ego vulgarê plebeiam intelligo, quæ matrifiſfamiliâs nomen obtinet. Lex autem, Quæ adulterium, quæ lex eſt Conſtantini, de ea ſœmina ſanxit, quæ cum ſœditate miniſterii matrifiſfamiliâs nomen retinere non poteſt. Huic ſenſui aſtipulâtur Tranquilli hæc verba in Tyberio, Matronas proſtrata pudicitia, quibus accuſator publicus deeſſet, vt propinqui maiorû more de communi ſententia coercerent, auctoſ fuit. Et inferius, Fœminæ (inquit) famoſæ, vt ad euitandas legum pœnas iure ac dignitate matronali exoluerentur, lenociniû profiteri cœperunt: & ex iuuentute vtriuſq; ordinis proſtigatiſſimus quiſque, quo minus in opera ſcenæ arenâq; edenda ſenatuſcōf. tenerentur, famoſam iudicii notam ſponte ſubibant. eos, eâſque omneis, ne refugium in tali fraude cuiquam eſſet, exilio affecit. Ex cuius verbis intelligimus mulieres quantumuis proſtitutæ pudicitia, lege tamen teneri, ſi nōdum ignominia notatæ nomen amiſerant matronarum matrumque familiâs.

I N eodê tractatu Ad legē Iul. de adul. cap. Si maritus, Legis Iuliæ de adulteriis cap. ſeptimo ita cauetur, Nequis inter reos referat eû, qui tûc ſine detractiōe reip. aberit. Et paulô inferius, Neceſſario dicitur ſine detractiōe.) Legédû, qui tûc ſine detractiōe reip. cauſa aberit: etiâ ſi omnia refragêtur exemplaria. Eſt autem detractare, vitare, fugitare, auerſari, reſtitare. Tacitus libro vicesimo, Nec Sequani detractare certamen. Fortuna melioribus affuit: fuſi Lingones, *ἡ φονία ἔχουσιν*. Quintilianus in ſecûdo, Rhetorice officia ſua non detractet, nec occupari gaudeat pertinētē ad ſe laborē: quæ dū operæ cedit, iam penè poſſeſſione depulſa eſt. Arria. infrâ De re militari, Grauius autē delictû eſt detractare munus militiæ, quàm appetere. *ἡ φωνία ἀποδοῦναι πλὴν τῆς στρατείας λήττης γὰρ*. Sine detractiōe igitur is abeſſe dicitur, qui occaſionem non quaſierit cauſæ dictionis euitandæ. *ὁ μὴ ἀποδοῦναι δικήν ποτε ἐν νύκτι, vel ἀποδοῦναι χάριν*.

Q V O D autē ſequitur, Quòd ſi quis præſens ſit, vice tamē abſentis habeatur: vtpuſta qui in vigilibus vel vrbaniſ caſtris militat) de caſtris Prætorianiſ intelligendû, in quibus Prætoriani milites ſtatiua ſua habebant, & ſemper principibus

principibus præsto erant. ii à cohorte prætorïa originem habuerunt : de qua nos alibi diximus. Tranquillus in Galba, Germanorum cohortem à Cæsari-
bus olim ad custodiam corporis institutam dissoluit: ac sine commodo remi-
sit in patriam. Hæc & castra prætorïa appellantur à Capitolino.

IN lege, Quod ait lex, Cum filia adulterum deprehenderit, non occisum videtur.) Vidi librum antiquum, in quo ociosum scriptum fuerat, sed litura confossum, & pro eo verbo occisum ascriptum, errore lectoris, atque ignoran-
tia. Non est ociosum (inquit Vlpianus) id est, vt Græci dicunt, & ἀρ' ἄν' ἔστι, quod
ait, Cum filia adulterum deprehenderit. id est, non de nihilo adiecta sunt hæc
verba, non ab re, non temerè. & ἐκ' ἐκ' ἑκ' τινος. habent enim certam significa-
tionem, & animaduertendā. non enim aliter interficere patri cōceditur adul-
terum, nisi in ipsa turpitudine deprehensum. Labeo quoq; (inquit) ita probat,
& Pomponius scribit in ipsis rebus Venæris deprehensum occidi. Et hoc est
quod Solon & Draco dicunt. Existimo hæc verba Græca in area quæ sequitur,

scribenda: ἀρ' ἄν' ὅτι ἀρ' ἄν' ἔστι. Iamprimū deprehensi dicuntur, qui effugere ne-
queunt vel vitare cum maximè cupiant, aut è re incōmodè nata se explicare
& subducere. Quintilianus in duodecimo, Itaque reperias quosdam in dispu-
tando mirè callidos: cum verò ab illa cauillatione discesserint, non magis suffi-
cere in aliquo grauiore actu, quàm parua quædam animalia quæ in angustiis
mobilia, in campo deprehenduntur, ἀφροῦται, vel εἰς ἀμνησίαν κατέστησεν. hoc est
nullum in se aut in alio præsidium reperiunt: omni consilio, omniq; ope de-
fecta sunt. Idem lib. decimo, Scribendū quoties licebit. si id non dabitur, co-
gitandum. ab utroque exclusi debent tamen vincere, vt neque deprehensus
orator, neque litigator destitutus esse videatur. Deprehensum dicit oratorem
τὸν ὃς ἀμνησίαν ἀφροῦται, καὶ ἀπεφασίως διακείμενον: qui eò vsque ad infantiam re-
ductus est, vt iam nihil causificari possit quo minus causa cadat. Sic Curtius
de Alexandro in angustiis hærente, Tunc hæsitabat deprehensa felicitas: nec
aliud remediū erat, quàm reuerti quā venerat. οὐκ ἔχω το παῖτι τι ἡπερμυλὴν καὶ ἀλύτ-
τῃ. Deprehensus adulter est ὁ ἐπαυτοφόρος εἰλημυλός, qui eò reductus est, vt nec fu-
gere nec inficiari possit. At is demū eiusmodi est, qui in re ipsa venerea corre-
ptus est aut inuētus: quæ Græci ἀλόντα ὡς τῷ ἀφροδισίων dicunt: id est in Venere
deprehensum, aut in re venerea. Quare Accursius, & qui eius auctoritate ad-
ducti sunt, in horū verborū intelligētia falsi, alios etiam fefellerūt. id quod ex
verbis legis ostendā, quæ apud Lucianū in Eunuchō legimus, Atqui (inquit)
iudices, iste læuibus malis & voce fœminea cæteraque Eunuchi similis, si ve-
stibus suis exuatur, magnopere vobis virilis apparebit: nisi ii mentiuntur, qui
eum aiunt deprehensum in adulterio, vt inquit legum tabula, pudenda in pu-
dendis habentem. quod Lucianus dixit, ὡς ὁ ἄξων φησὶν, ἀρ' ἄν' ὅτι ἀρ' ἄν' ἔστι. Le-
ges autem Solonis ἄξωνες & κέρβεις appellatas, nemo ignorat qui Plutarchum
in Solone legerit, & Græcos oratores. Quod autē τὰ ἀφροδίσια, id est res vene-
rea, non significet antecedentia concubitum, colloquia, basia, contrectatio-
nes lasciuas, & locum constitutum, vt Accursius ex Cicerone censuit: verba
Aristotelis ostēdunt, qui libro septimo de Animalibus, de pueris loquens, quæ
hircire dicuntur circa pubertatem, & de puellis quum menses habere incipiunt,

Deprehens-
sus.

ita inquit, Tum enim maxima custodia indigent: cum præcipuè incitentur ad experientiam rerū veneris. *μάλιστα τὸ ὁρμῶσι πρὸς τὴν ἀφροδισίων χῆσιν.* Idem, Quæ autem immodicæ sunt in vſu rerum venerearum: eæ si sapius pepere- rint, postea sedātur facilius, & castigātur. Cicero in Topicis, Ante rem enim quæruntur quæ talia sunt: apparatus, colloquia, locus, constitutum conui- uium: cum re autem, pedum crepitus, strepitus hominum, corporum vmbre, & si quid eiusmodi: at post rem rubor, pallor, titubatio: & si qua alia signa cō- turbationis & cōscientiæ, cæteraq; quæ suspicionē facti possunt mouere. Ex his verbis apparet aliud esse rem veneream, & aliud antecedentia cōsequen- tiaq; veneris. Adde quod Vlpianus hic dixit ita demum hanc potestatem pa- tri cōpetere, si in ipsa turpitudine filiam deprehēdat. & in lege, Capite quin- to, dixit in vxore sua deprehensum. Turpitude enim est quod tabula legum obscœna in obscœnis habere dixit.

IN cap. Si postulauerit. Si postulauerit accusator vt quæstio habeatur de seruo adulterii accusato: siue adesse voluerit, siue interesse noluerit, iubēt iu- dices eū seruū æstimari.) Accursius sic legit: & ablatiuū absolutū esse censet. ego accusati legēdū esse puto: hoc est serui qui adulterii perpetrati tēpore in familia rei fuit, & postea in alicuius aliū dominium trāsiit: cui precii æstima- tio dari iubetur. & deesse vna dictio videtur, vt sit ita locus restituendus, Si- ue adesse dominus voluerit. Moris autē fuit apud antiquos, vt qui seruū ad testimoniū ferendum posceret, is precii serui fideiussores daret in causa tum ciuili, tum capitali: idq; lege Atheniensium, vt ex Demosthene liquet in ora- tione quæ inscribitur *παρὰ χρηρὴ πρὸς πανταίνων*: appellāturque *πρόκλησις*: quæ est *βλάβησις τῇ δευροπόντων εἰς βάθρον ὅτε δικάζονται, πρὸς μαρτυρίαν τῷ πράγματι.* Qui autē seruū ad quæstionē exposcebat, nō aliàs æstimationem dabat, quā si cau- sa caderet. Quare fideiussor intercedebat inter actorem & reum. quāquam id Demosthenes postulationem aduersarii depellendo ait iniquum esse. *αἰαγνώ- σκει μοὶ πρόκλησιν μακροτὴν, ἀξίων ὃν φησὶ δικέτω τῶνται σωεῖναι, βάθρον δὲ αἰ.*

Mos priscus
in testibus
interrogan-
dis.

Q V O D autem infrā dicitur in eodem capite, Interrogandique facul- tas datur patronis: id ex more prisco est: quod Bartolus perperam intellexit. & accusatores enim & patroni & suos & aduersarii testes palām interroga- bant: id quod tum ex Ciceronis orationibus multis in locis, tum ex Quin- tiliano facile est intelligere: qui libro quinto sic ait, Reliquæ interrogandi sunt partes: qua in re primū est nosse testem. nam timidus terreri, stultus de- cipi, iracundus concitari, ambitiosus inflari potest: prudens verò & constans vel tanquam inimicus & peruicax dimittendus statim: vel non interrogatio- ne, sed breui interlocutione patroni refutādus est: aut aliquo si continget vr- banè dicto refrigerandus. Idem paulo pōst, Patronus quoque altius, & vnde nihil suspecti sit, repetita percunctatione, priora sequentibus applicando, eò saepe perducit homines, vt inuitis quod profit extorqueat. Idem de interro- gatione accusatoris, At si nescierit actor quid propositi testis attulerit: paula- tim & (vt dicitur) pedetentim interrogando experietur animum eius: & ad id responsum quod eliciendum erit, per gradus ducet. Cicero pro Flacco, Vbi est igitur illa laus oratoris, quæ vel in accusatore antea, vel in patrono spectari

spectari solebat: bene testem interrogauit, callidè accessit, reprehēdit, quò voluit adduxit, cōuicit, eum elinguem reddidit. Ex hoc more emanauit id quod dicitur in lege, Si quando, Cod. De testibus. quo in loco Accursius tanquam in luto addubitationis hæsit.

IN cap. Si adulteriū. Imperatores Marcus & Antoninus, & Commodus filius.) Accursius ignorātia historiæ nulli hodie non cognitæ, hoc in loco pueriliter addubitaui. Quare adnotandum duximus Marcum Antoninum, qui ab instituto vitæ Philosophus dictus est, successisse Antonino Pio Augusto. Hadrianus enim princeps Ro. cum idoneum sibi imperii successorem quæreret, ea lege Antoninum qui postea Pius dictus est, adoptauit, vt ipse Antoninus Marcum Annium amitæ suæ filium adoptaret. qui Marcus adoptionis iure Aurelius vocari cœpit. hic Faustina duxit vxorem, quæ ab impudicitia infamiam contraxit: ex qua Commodum filium suscepit, vt aliqui opinati sunt, adulterio quæsitum. Verum M. Philosophus eius pater vir optimus, post mortem Antonini Pii, qui hoc ipso in loco diuus Pius dicitur, ad imperium iubente senatu assumptus est: id quod ipse minimè affectauerat: augustinusque factus, nouo exemplo fratrem suum consortem imperii sibi esse voluit & iussit: Luciumq; Verum Commodum eum appellandum censuit, Cæsaremque dixit & Augustum. tūmq; primum Ro. imperium duos Augustos pari potestate cœpit habere. Ipse etiam Marcus Antoninū se vocare cœpit, quasi diui Pii filium: fratremque suum Commodum præter nomina supradicta Seuerum etiam nominādum censuit, & Antoninum: videlicet eum intelligi filium suum volens: qui tamen longè alienus ab eo moribus & vitæ instituto postea fuit. Hi cum velut gemini aliquandiu imperassent, Lucio Vero Commodum morte sublato Marcus philosophus solus in imperio fuit: filiumq; Commodum imperii successorem reliquit, cum omni vitæ fœditate, tum verò gladiatura & crudelitate infamem & probrosum. Gemini igitur Augusti sæpe in libris huius studii, diui fratres, interdum Seuerus & Antoninus, interdum Marcus & Antoninus appellantur: vt hoc in loco, in quo ipso Commodus pro filio Marci intelligitur: alibi pro Lucio Seuerus. Diui autē dicuntur, quia inter diuos relati sunt: qui honos apotheosis appellabatur: quæ quo ritu fieret, Herodianus libro quarto historiæ suæ retulit, quam exorsus est à Commodus.

Duo Augusti primum facti.

Diui fratres.

IN tractatu De vi publica, cap. Qui cœtu conuerso, turba, seditione incendiū fecerit.) Tametsi Accursius sic legat, tamē legendū cēseo, Qui cœtu, concursu, turba. Sic in cap. Qui dolo malo. Item qui cum telo dolo malo in contumēti fuerit. lego in cōuētū: vt Accursius ipse suspicatus est. Est autē cōuētus conciliū, ybi consiliū à multis agitur. Sallustius, Primo cōuētū, quē ab regibus factū suprà memorauimus. Cicero in Ver. cōuētū maximū de cōuiuio dixit, in Verrē. Alibi pro negociatorū multitudine, qui negociādi causa aliquò cōueniūt, tanquam in cōciliabulū, nō vt illic sint incolæ: vt hodie Lugduni fit nundinādi gratia. Apud Plinium libro tertio, cōuentus legimus pro iis quos dies magnos nostri vocant: & verbum conuenire eodem pertinēs: Carthagi nem, inquit, conueniunt populi. lx. id est iura Carthagine petunt. quod nunc

Conuentus.

Conuenire.

Oratores.

resortiri dicimus vernaculo vocabulo non temerè prolato: est enim à consuetudine Græcorum, qui λαγχάνειν δίκας dicunt: & Romani sortes iudiciorum dicebāt, vt Virgilius in sexto, & Iuuenalis in Saty. decimatertia, vbi vrna Prætorix meminit. Illud verò ridiculū esse dicerem, quòd Accursius in cap. Legge Iulia, oratorū nomine doctores artium intelligi voluit, qui à Græcis Rhetorici vocantur: nisi hæc ignorantia animaduersione seria potius atque adnotatione, quàm risu digna esset: videlicet vt qui comitem aut affeclam præceptoris pulsasse dicetur, is de vi publica continuo teneatur. Sunt igitur oratores hoc in loco iidem qui legati: vt apud Virgilium in. xi. Iamq; oratores aderant ex vrbe Latina Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes. Liuius, Theii oratores cum infulis & velamentis ad Romanos miserunt. quo vocabulo eos legatos propriè significari censeo, qui deprecabundi veniunt: tametsi πρόσβας apud Græcos, vnde hoc Latinum per imitationē ductum mihi videtur, legati dicantur omnis generis, etiam legati in exercitu.

Indiciū profiteri.
Indiciū sibi postulare.

A D legem Corneliam de sicariis, cap. pri. Quive cum magistratus esset, publicove iudicio præesset, operam dedisset quò quis falsum iudicium profiteretur, vt quis innocens cōueniretur.) Sic Accursius legit, & omnia habet exemplaria quæ videre mihi contigit. Sed nihilo secius legendū omnino censeo indicium, non iudicium, & circumueniretur. Nam præterquam quòd absurdum est profiteri iudiciū à iurisconsulto esse dictum pro eo quod est sententiam proferre, vt Accursius intellexit: tum verò sequentia verba nō coherent, vt quis innocens conueniretur. Est autem profiteri indicium, vltro sese confortesq; criminis deferre, id quod Cicero indicium sibi postulare dixit in Diuinatione, vt nos superius ostendimus. Sic idem Cicero operam profiteri & potentiam dixit in Verrem, Qui sequestres aut interpretes corrūpendi iudicii solent esse: quiq; ad hanc rem potentiam suam aut impudentiam professi sunt. id est vltro obtulerunt. ἐπιχέλαντο. Vt autem circumueniretur legendum censeam, auctoritate Ciceronis adducor, præterquam etiam quòd conueniretur hoc loco non congruit. Is igitur in oratione pro Cluentio, Hanc ipsam legē (inquit) ne quis iudicio publico circumueniretur, C. Gracchus tulit. Idem, Mulier Romā proficiscitur cum magno comitatu & pecunia: quò facilius circumuenire iudicio capitis, atque opprimere filium posset. & sic identidem. Hæc autem lex Cornelia dicitur, quia à Lucio Sylla Cornelio lata est, prius tamen Sépronia dicta à Caio Graccho, qui primus eam tulit, vt auctor est idem Cicero. Et rursus in Bruto, Isocratē primo artem dicendi esse negauisse: scribere autem solitum orationes, quibus in iudiciis vterentur. sed cum ex eo, quia quasi committeret contra legem, quò quis iudicio circumueniretur, sæpe ipse in iudiciū vocaretur: orationes aliis destitisse scribere. Quibus verbis intelligimus eandem legem Athenis fuisse ante leges Semproniam & Corneliam. Est autem circumuenire, inuidia conflata & factione opprimere. Cicero in Ver. Quid te à Centuripina ciuitate, ceterisque ciuitatibus Sicilia circumueniri atque opprimi dicis? tua te Messana circumuenit. hoc est enim quod Græci κατασισιάζειν dicunt: vt Demosthenes πρὸς Λεωχέριον, καὶ μὴ πρὸς Ἀλὴν πάντας ἀνθρώπους καὶ ἁδενῆς κατασισιαδέντας ὑπὸ παρατάξει αἰσίν. & itidem πρὸς Εὐεργέτιον.

Circūuenire iudicio.

Circūuenire

IN

IN eodem cap. Quive magistratus iudexve quæstionis sub capitalem causam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret.) His verbis Prætor urbanus significatur, nō is cui iurisdictio forte obtigerat, sed alter: vt ex oratione Ciceronis pro Murena intelligimus: qui ita præerat iudiciis publicis, vt præses apud nos vnus aut alter in curia cetenaria classi præsidet capitali, quam criminalem tholum vocāt, tornellam lingua vernacula appellantes. Is etiam quæstor dicebatur, vt auctor est Asconius in Præturam urbanam. **Quæstio:** enim status & constitutio causæ dicitur. Fabius libro tertio, **Quæstio** enim in iudiciali materia dupliciter accipienda est. altero modo, quo dicimus multas quæstiones habere controuersiam: quo etiam minores omnes complectimur. altero quo significamus summam illam in qua causa vertitur: ex qua nascitur status, an factū sit: an rectè factum sit. Propterea factū est vt quæstio pro publico iudicio accipiatur: & **Quæstor** is dicatur qui quæstionē habet, hoc est qui inquirēdū curat de crimine, de eoq; iudiciū exercēdū. Hic quæstor sedebat pro tribunali, iudices autē in subselliis: omniaq; fermē in potestate habebat. Cicero in Bruto, Itaq; intelligēs dicēdi existimator videt oscitantē iudicem, loquentē cū altero, nōnunquā etiā circulantē, mittētem ad horas, **Quæstorē** vt dimittat rogantē. intelligit oratorē in ea causa non adesse, qui possit animis iudicū orationē admouere, tāquam fidibus manum. **Quæstorē** vocat Prætorē, in cuius erat potestate soluere cōcilium cum libuerat, & dare veniā abeundi coactis iudicibus: quod interdū iudices tædio affecti postulabant, horam nō expectantes. Idem pro Murena, Cogendi iudices inuiti, retinēdi contra voluntatem. Et Philippica quinta, **Quæro** igitur si Lysides citatus non responderit, excusetur Areopagites esse, nec debere eodem tempore Romæ & Athenis res iudicare: accipiētne excusationem is qui quæstioni prærit? Idem in Vatinius, **Quæro** ex te Vatini, num quis in hac ciuitate post Urbem conditam Tribunos plebis appellarit ne causam diceret? num quis reus in tribunal sui **Quæstoris** ascenderit, eūmque vi deturbarit, subsellia dissiparit, urnas deleuerit? Ad hanc autem similitudinem (inquit Asconius) Virgilius Minoem iudicem apud inferos, tanquam Prætor sit rerum capitalium, **Quæstorem** appellat. dat ei sortitionem, vbi urnam nominat: dat ei electionem iudicum, cum dicit, Conciliūmque vocat. dat cognitionem facinorum, cum dicit, Vitāsque & crimina discit. Verba Virgilii hæc sunt, Nec verò hæc sine sorte datæ sine iudice sedes: **Quæstor** Minos urnam mouet. ille silētum Conciliūmque vocat, vitāsque & crimina discit. Per syncopen etiam quæstor dicitur. Cicero in Catilinā, Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quæstori gratulationem, iudici præmium decreuit: quid de tota re & causa iudicarit. Quibus verbis quæstorem coniurationis sese vocat ob decretam sibi Consuli à Senatu quæstionem. **Querere** enim, & quæstionem habere, quod & inquirere dicitur, id est quod informare vulgò à nostris appellatur. Vnde rem quæsitam dicebant, cum ad vindictam criminis aliquid statuebatur de reis, aut vt ad tormenta seruorum iretur pro crimine comperiēdo, vt ipse pro Cluentio, Quid? Romæ quæsitum de istis hominibus non erat: itāne tandem mulier iam non morbo, sed scelere furiosa, cum quæstionē habuisset Romæ,

Iudex quæstionis i tholo capitali.

Quæstio:

Quæstor:

Virgilii locus.

Querere & Inquirere.

Res quæsitæ.

cum de honestissimorum virorum sententia constitutum esset, satis quæsitum videri: eadem de re triennio post in filii caput quæstionem habere conata est: id est non repetendos esse seruos ad quæstionem. Plinius ad Arrianum libro secundo, Respondit Fronto Catus, deprecatusque est ne quid ultra repetundarum legem quæreretur: omniâque actionis suæ vela vir mouendarum lachrymarum peritissimus, quodam velut vento miserationis impleuit. magna contentio, magni vtrunque clamores: aliis cognitionem Senatus lege conclusam, aliis liberam solutamque dicentibus: quantumque admisisset reus, tantum esse vindicandum. Quærare hoc in loco pro iudicium exercere, Plinius accepit: & quod dicit conclusam Senatus cognitionem, hunc habet intellectum, astrictam vno iudicio repetundarum: quia ab initio Senatusconf. factum fuerat in eam sententiam, vt de Prisco reo lege repetundarum quæstio haberetur, cum tamen Priscus immanitate criminum maiorem pœnam meritis esset. Non licebat autem hominem delatum pluribus legibus reum fieri apud Prætorem & iudices: sed Senatus legibus erat solutus, vt auctor est Quintilianus. Paulus suprâ De accusationibus, Senatus censuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. *ὅθεν δ' αὖτ' παρανομήματι πολλαχῶς κείναι.* Ferre quæstionem, est vindicandum facinus iudicibus præbere & mandare: vel potius ad Senatum referre, vt de vindicando scelere extra ordinem Senatusconf. fiat, & in iudicium res deducatur. Cicero pro Milone, Non fuit ea causa iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferendam. Idem, De hoc igitur latum est vt quæreretur, id est vt iudicium exerceretur, *εἰς κείναι δ' ἀδίκημα κατὰσκήν.* Constituire quæstionem, est decernere vt vindicetur. Idem in eadem, Hanc verò quæstionem, etsi non est iniqua, nunquam tamen Senatus constituendam putauit. erant enim leges, erant quæstiones, vel de cæde, vel de vi. nec tantum mœrorem Senatui mors P. Clodii afferebat, vt noua quæstio constitueretur. Sic Demosthenes pro Ctesiphonte, *εἰς νόμοι ποδὲ πάντων καὶ τιμωρίαι καὶ ἁπάντες καὶ κείσεις, πικρὰ μὲν καὶ μεγάλα ἔχουσι τὰ ἑδμήματα.* Senatus (inquit Cicero) censuerat vt de cæde Clodii ordinario iudicio quæreretur, non vt extra ordinem quæstio decerneretur. Tum autem quodlibet publicum iudicium certam & peculiarem formulam habebat iudicii & quæstionis. qui mos sublati est, vt auctor est idem Paulus in capite, Ordo, suprâ De publicis iudiciis. Olim etiam duæ tantum tabulæ dabantur à Prætore Iudicibus, in quibus sententiam suam scriberent: aut enim reum planè absolvere, aut planè damnare oportebat. Propterea Tranquillus in Augusto ita inquit, Cum de falso testamento ageretur, omnesque Senatores lege Cornelia tenerentur: non tantum duas tabulas damnatoriam & absolutoriam simul cognoscentibus dedit, sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis quos fraude ad signandum, aut errore inductos constitisset. Sic Græci, *πῶτε σώζεν ἡμῶν καὶ πῶτε αἰαιρῶν ἐλάμβανον.* Neque verò eadem lege omnes ordines tenebantur: vt Tranquillus hoc loco significat, & ex Cicerone planum fit in oratione pro Cluentio. Nam lege Cornelia de Sicariis Senatores tantum tenebantur, duntaxat quod ad caput illud pertinet, quod superius enarrauimus: Si quis coisset quò quis innocens iudicio

Ferre quæstionem.

Quæstio constituta.

Duæ tabulæ iudicibus dabantur.

iudicio circumueniretur. Verba Ciceronis hæc sunt, Neque me illa oratio commoueret, quod ait Accius indignum esse facinus, si Senator iudicio quæquam circumueniret, legibus eum teneri: si eques Romanus idem fecerit, non teneri. & reliqua quæ ille latè prosequitur in eandem sententiam: ut illud, Atque ut omittam (inquit) leges alias omnes quibus nos tenemur, cæteri autem sunt ordines liberati: hanc ipsam legem, ne quis iudicio circumueniretur, C. Gracchus tulit: eam legem pro plebe, non in plebem tulit. Iudicia autem publica & reorum accusationes institutæ fuerant olim iuuenibus ad eloquentiæ studium exercendis, & ad animorum egregiam cōtentionem: ut quæadmodum generosi canes naturæ instinctu visas feras statim adoriuntur: sic etiam iuuenes nobiles Romæ in ciues improbos impetum egregium conciperēt, populoque Romano specimen hac ratione ingeniorum suorum præberent. Auctor Plutarchus in Lucullo. Quæstionem habere à Græcis *ἡρώδης τὸ πρῶτον* dicitur: quod ad verbum rem quærere Cicero dixit in Verrem actione tertia, Non dubitabat (inquit) Minutius, qui Sopatrum defendebat, quin iste quoniam consilium dimisisset, illo die rem illam quæsiturus non esset: cum repente iubetur dicere. Idem pro Cecinna, Quum ego vehemētius contenderem ciuitatem adimi non potuisse, Decemviri prima actione non iudicauerunt: postea re quæsitæ & deliberata, sacramentum nostrum iustum iudicauerunt. In utroque loco rem quærere Cicero pro cognoscere dixit, & expendere controuersiam. Decernere quæstionem est statuere ut quæratur de crimine, ut in reos animaduertatur. Postulare quæstionem eius est qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam vindicare ad eum pertineat. Cicero pro Milone, Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæstio decreta est? Idem, Decernebat Senatus, ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Liuius libro secundo ab Vrbe, Senatus tumultuosè vocatus, tumultuosius consulitur: quæstionem postulantibus iis qui pulsati fuerant: decernente ferocissimo quoque non sententiis magis, quàm clamore & strepitu. tandem cum iræ resedissent, ordine consuli cœpit. Sed quoniam in exercendis quæstionibus criminum, serui sæpe tormentis subiiciebantur, qui testes & arbitri rerum domi perpetratarum erant, ideo quæstio pro tormentis usurpatur: vnde tractatus De quæstionibus. Cæsar, De morte patris familiæ, si res in suspicionem venit, de vxore seruilem in modum quæstionem habet. *ἡρώδης τὸ πρῶτον τὴν γυναικα βασανίζει*. Hodie à Iurisperitis hoc verbū aliter usurpatur, sicut & alia permulta, quorum loquendi consuetudo elegantiam prisci sermonis licentia aliquando castiganda scædauit atque corripit. cuius indignitatis reputatio nos interdum longius prouehit, quàm suscepti operis ratio exposcere videatur. tametsi quid magis ad rem pertinet, quàm Iurisconsultorum verba interpretari, quibus verborum proprietatis cognitionem antiqui tribuerunt? Iudex quæstionis igitur à Iurisconsulto dictus est Prætor, qui quæstionibus præerat, id est publicis iudiciis, iudicūque decurias cogebat. Cicero in Prætura urbana, Eiusmodi fortitionem iudicum homo mentisissimus fore putauit per sodalem suum Quintum Curtiū iudicem quæstionis. quem locum explanans Asconius ita inquit, Facile autem pro veris iudi-

Cur olim & quomodo iudicia publica exercerentur.

Rem quærere.

Decernere quæstionem Postulare quæstionem

Iudex quæstionis.

cibus improbi supponi poterant volente iudice quæstionis. Et pro Cluentio idem Cicero, Códemnatus est C. Iunius, qui ei quæstioni præfuerat. Adde etiam si placet, tum condemnatus est, cum esset iudex quæstionis. Iuuenalis hunc iudicem, Prætorem appellat his verbis in decimatertia Satyra, Improba quauis Gratia fallacis Prætoris vicerit vnam. Virgilius Quæsitorem, Quæsitore Minos vnam mouet. Cicero pro Rabyrio, Iudex sedebat: Prætor quærebat.

Cucuma. **Cucumella.** IN eodem cap. Sed & si claua percusserit.) In quibusdam exéplaribus legimus clau: quod magis probo. Nam claua ferrum non habet, nisi si in toris clauorum capita habeat. Sed & si clau vel claua percusserit, aut cucuma in rixa: quauis ferro percusserit, tamen non occidendi animo: leniendam eius pœnam. Martialis in decimo, Cucumam fecit Otacilius. Eius diminutiuum est cucumella, in cap. Siquando, suprâ Si feruitus vendicetur. vbi locum mendosum esse censeo, vt fortasse cineris cucumellas legendum sit.

Accursius. IN cap. Inauditum, Inauditum filium pater occidere non potest: sed accusare eum apud præfectum præsidemve prouinciæ debet.) Accursius vt alibi sæpe, sic hoc in loco diuinabundus, futilitate mira iudicii præditum se fuisse ostendit: quem satis equidem ipsum admirari nequeo Bartolum virum ingenii felicitis & solidi, enarrationum tam absurdarum assecclam post se traxisse. Vsq; eadeò valuit præiudicium auctoritatis Accursii in librorum iuris interpretatione, vt ab eius opinione digitum vnum abscedere vererentur eius posterit: cum tamen nihil ille pensi habuisse videatur, quo minus velut fanatico feruore instinctus, quicquid in buccam venisset, in commentarios suos referret. Ego inauditum filium hic intelligo filium ἀνεπν: hoc est reum iudicio non conuictum, & indicta causa patrem interficere non posse: de quo verbo superius scripsimus. Scire autem oportet tantam fuisse priscis in liberos potestatem, vt pater de liberis statuere citra iudicium posset, etiam capitaliter. id quod ex Ciceronis oratione pro domo sua intelligere possumus, qui de Clodio loquens, qui se in adoptionem plebeio homini dederat, cum ex genere patriciorum esset: videlicet vt ei Tribuno plebis esse liceret: ita inquit, Sed cum hoc iuris à maioribus proditum sit, vt nemo ciuis Romanus aut libertatem aut ciuitatem possit amittere, nisi Senatus auctoritate factum sit: quod tu ipse potuisti in tua causa discere: (credo enim, quanquam in illa adoptione legitimè factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctórne esses, vt in te P. Fonteius vitæ necisque potestatem haberet vt in filio:) quæro, si aut negasses aut tacuisses, si tamen id XXX. curiæ iussissent, num id iussum esset ratum? certe non. Quid ita? quia ius à maioribus nostris ita comparatum est, vt ciuis Romanus libertatem nemo possit inuitus amittere. Quibus verbis planum fit, qui in adoptionem se olim dabant, eos libertatem amittere: quia ius patriæ potestatis hoc ferebat, vt vitæ necisque potestas in filium esset patri adscititio. Propterea conceptis verbis ii qui se in adoptionem dabant, interrogabantur: (Cuius moris instar quoddam obseruatur in iis hominibus hodie, qui cœnobiis consecrantur: ipsi enim quasi in adoptionem transeunt, & in potestatem Cœnobiarchæ

chæ quasi patris se mancipant) cui consequens est, ut qui in adoptionem sese dedissent, ii maxima capitis diminutione afficerentur. Quare non de nihilo est quod à Iustiniano in Institutionibus dicitur in tractatu De patria potestate. Et per hæc facilius sententia legis ultimæ percipitur in tractatu Patriæ potestatis Cod. Valerius libro quinto, Bruti æmulatus exemplum Cassius, filium, qui Tribunus pleb. agrariam legem primus tulerat: postquam illam potestatem deposuit, adhibito propinquorum & amicorum consilio, affectati regni crimine domi damnauit, verberibusque affectum necari iussit. Huius etiam Spurii Cassii meminit Liuius libro secundo ab Vrbe. Hunc morem postea sublatum, ex verbis Vlpiani hoc loco intelligimus: nec mirum, cum etiam coercita sit dominorum potestas in mancipia. Quin & idem iuris olim Gallis fuisse, Cæsar in sexto commentario auctor est: Viri (inquit) in vxores, sicuti in liberos, vitæ necisque potestatem habent. & cum paterfamilias honesto loco natus decessit, eius propinqui conueniunt: & de morte, si res in suspicionem venit, de vxoribus seruilem in modum quæstionem habent. Eundem etiam morem olim Romæ fuisse, in vxores interdum ut mariti animaduernerent, Liuius intelligendum nobis reliquit libro nono de bello Maced. quo in loco de proditis Bacchanalibus loquitur, iudicioque Senatus damnatis: Plures (inquit) damnati, quàm in vincula coniecti sunt: magna vis in vtraque causa virorum mulierumque fuit. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in priuato animaduerneret in eas. Si nemo erat supplicii exactor, in publico animaduertebatur. Adnotauimus alibi nonnulla eiusmodi matrimonia fuisse, ut vxores in manum ac mancipium maritorum transirent. Quare Liuiano testimonio mulieres quæ in manum virorum conuenerant, maritis ad supplicium sumendum senatus decreto traditæ sunt.

Virilis animæ
maduerisq;
olim in vxoribus
res.

In manu esse
se mariti,

I N cap. sequenti, Aconitum, Pituocarpas.) Nemo hodie doctorum ignorat Pityocampas legendum, vel more antiquo Pituocampas. Aut buprestim. Plinius libro vigesimotertio, de Sapa loquens, Vñus eius contra cantharidas, buprestim, pinorum erucas, quas Pityocâpas vocant, Salamandras, & contra mordetia venenata. de quibus Dioscorides lib. secundo, καὶ θάλασσης, πτυοκάμπης, ἢ λαμαίνουρας, ἢ βυπρεστῆος dixit. Eruca insectum est villosum, quod hirsutam Columella appellat. In hortis passim videtur, arborum folia exedens. Campe hæc Græcis à flexu dicta est: quia in arcum arrendo curuatur. De bupresti Plinius in trigesimo, Buprestis animal est rarum in Italia: simillimum scarabeo longipedi. fallit inter herbas bouem maximè, unde etiam nomen inuenit: deuoratumque tacto selle ita inflamat ut rumpat. γὰρ ἂν πρῆσαι τὰς βῆς. Paulus Aegineta libro quinto venenatorum nomina ex Dioscoride (ut opinor) ad verbum recensens, Noxia (inquit) ex animalibus hæc sunt: cantharis, buprestis, salamandra, pityocampe, lepus marinus, rubeta, quæ & rana palustris muta dicitur, irudines voratæ. Cicuta vero ab eodè inter semina venenata adnumeratur. Mandragora è genere liquamètorum est vel succorum, quæ ille ὀπίσματα vocat. Aconitum in genere radicum ponitur. Hæc etiam omnia à Dioscoride tractantur libro sexto: qui noxia medicamenta in libris suis adiecisse ait, duas

Eruca,

Buprestis,

Venenata
medicamenta,

Philtre.
Oxytoca.
Arrenogona.
Thelygona
Phthoria.
Atocia.
Dystoca.
Λυσταῖν.

Cantharides.

Lustrare.

aut treis ob causas. Partim enim eorum naturam vimque maleficam nouisse, conducibile ideo existimabat, vt contra ea venena remedia homini in promptu essent antè exquisita & comparata. partim vt qui venena sumpserant imprudenter, ex affectione ægrotationum deprehendere indicia cuiusq; hausti veneni possent, congruaq; subinde sibi remedia adhibere : cū eo quoq; quod ii qui his venenis pro morborum remediis vti instituerunt, aliis medicinis cōtemperatis cautius & salutaris vti poterūt, cum eorum naturā virēsque perdidicerint. Id quod eò pertinet, quod lex Cornelia de venenis statuit. Quum enim ob causam proxime dictam, pigmentariis & medicamentariis liceat publicè hæc habere venalia ad vsum salutarem: tamen sicui temere dederint & inconsulte, in fraudem ipsi capitalem incidunt. Legis autem verbis non tenebantur qui philtre dabant, id est amatoria pocula, vt hic dicitur: nec qui oxytoca, id est partus adiuuantia: aut arrenogona & thelygona ad mares fœminasque concipiendas. sed tamen extra ordinem puniebantur, si euentu noxia erant, vt hic dicitur. sæpe enim in noxam vertunt quæ ita porriguntur. Phthoria sunt & ecbolia ad partus abigendos: vt infra in cap. Si muliebrem. Atocia ad fœcunditatem inhibendam & supprimendam excogitata fuerunt. dystoca ægros partus faciūt, & partiones incōmodas: vnde verbum *δυσταῖν*, de mulieribus dictum ægre parientibus. Verū quod sequitur, Et id quod lustramenti causa dederit cantharidas, non congruit constructioni: vt vel is qui, legēdum sit, vel verba esse transposita suspicandum, hocque modo reponendum, Mandragoram, cantharidas, & id quidem lustramenti causa dederit. Plinius libro vigesimonono, Cantharides (inquit) obiectæ sunt Catoni Uticensi, ceu venenū vendidisset in auctione regia, quoniā eas sester. sexaginta addixerat. de bonis Cyprii regis loquens, cuius Plutarchus meminit in Catone. Cæterū de cantharidibus Plinius & Dioscorides satis multa vt medicis vtilibus meminerūt: nusquā lustrationis per eas factæ mētio est apud eos: quare suspicor locū esse mendosum. In cantharidibus (inquit Plinius) magna quæstio: quoniā ipsæ venenum sunt potæ cum cruciatu vesicæ maximo. Cicero Papyrio scribēs, pro venenata potione posuit, Caius (inquit) Carbo, accusante Lucio Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur. Idem Plinius, Vis earū adurere corpus: crustas obducere. eadem pityocampis in picca nascētibus: eadem buprestis. efficacissimæ omnes ad lepras lichenasque dicuntur. vt fortasse incrustamenti legendū suspicari quispiā possit. vel fortasse pro voce aliqua Græca hoc vocabulū subiectum est: vt ex Dioscoride in præfatione sexti. *ἐξ ὧν ἐκκαῖναι περὶ αἰσχροῦ*, id est exulcerare volens. Lustrare inter alia hoc quoq; significat, quod lingua vernacula chermare vocat, quasi dicas carminare, hoc est carmine malefico afficere: Græce *καλῶν* dicitur. quod verbum si hic recte legitur, intelligendum est de iis qui ad maleficium vendiderunt.

IN eodem cap. Et qui naufragium suppresserit: quive falsa iudicia cōfessus fuerit, cōficiēdave curauerit.) Lego, qui naufragū suppresserit, quive falsa iudicia professus fuerit, profitendave curauerit: nec me omnium quæ circumferuntur exemplarium similitudo mouet, quorum fides & auctoritas oratorum scriptis labefactata est, vt suprà planum fecimus. Est autem naufragum suppressere,

primere, hominē è naufragio errabundum arripere, & in vinculis habere, aut in ergastulo concludere ad opus faciendum. Tranquillus in Augusto, Rapti per agros viatores sine discrimine: liberi seruiq; ergastulis possessorum supprimebantur. igitur ergastula recognouit. Id genus hodie sceleris & plagii ab archipiratis perpetratur: qui homines incautos in maritimis locis comprehēfos in triremes rapiunt, ad scalmumq; alligant, vt sub flagellis remigent. Est autem suppressere, è medio tollere, id est ἀφανίζειν. Diximus suprā quid sit indicium profiteri, & indicium postulare, ex Cicerone. Certa sunt autē crimina in quibus impunitas indici dabatur: vt in causa maiestatis & prodicionis, & si quid eiusmodi est. certę etiam personę sunt quę indices fieri poterāt. ita neque repetundarum causa per indicem agi solet: neque Senatoria persona potest indicium profiteri saluis legibus. Index est qui eius facinoris cuius ipse est confcius, latebras indicat impunitate proposita. Haftenus Asconius. Cicero, Quapropter si tibi indicium postulas dari, quod tecum vnā fuerit: cōcedo, si id lege permittitur. Quod sequitur inferius, Qui hominē libidinis vel commercii causa castrauerit: Accursius absurde itellexit, ignorās (vt opinor) olim spadones in deliciis habitos ad libidinem. Libidinis igitur causa intelligendū πρὸς τὰ παιδικά. tales erant Bagoę apud Persas.

IN eodem tractatu, cap. Lege, Cum quidam per lasciuia causam mortis prębuisset, comprobatum est factū Ignatii proconsulis Veticę.) Betycę legēdum est, quę pars est Hispaniæ. Lasciuia quid sit, Accursius non satis intellexit: ita ne Bartolus quidem, & reliqui eiusdem ordinis viri, alioqui doctrina multa nec contemnenda pręditi. de quo vocabulo nonnihil in priore volumine annotationū diximus. Lasciuia nec dolus nec culpa lata est, vt isti existimarūt: sed proteruitas quędā ludicra, vt ex Plinio liquere potest lib. xxvi. Grauiissimum (inquit) ex iis morbis Lichenas appellauere Græco nomine: Latine (quoniam à mēto ferē oriebatur) ioculari primū lasciuia (vt est procax natura multorum in alienis miseriis) mox & vsurpato vocabulo mentagram, occupantē in multis & rictus. Lasciuia Plinius iocum petulātia & procacitate improbum vocat. hoc à Græcis sumptum esse mihi videtur, qui ἀσελγείας etiam pro procacitate & proteruitate accipiunt: vt Demosthenes πρὸς τὴν κατὰ νόμον, & Isocrates ἀσελγῆ, id est lascium appellantes ἐν μὴ μετέχοντα μήτε ἀρετῆς μήτε δικαιοσύνης. Sicq; Iuriscō. & hic & in tractatu De re militari, & Locati, lasciuia accipitur pro incontinentia animi nec virtutem nec probitatem reuerētis, procacitatēque se oblectantis. Lasciuia autem vt male moratam & noxiam, sic ludibundam intelligimus. Plenior autem & atrocior petulātia ἀσελγείας vocabulo quodammodo significatur. lasciuia orationis à Quintiliano dicitur lib. ii. pro ludibunda & exultanti oratione. Idem in nono, Quo minus ipsi in quos dicimus, aut iudices aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciuia, id est dicacitatis voluptatem. Lasciuire etiam equi & pecora dicuntur, quod Græci σκίρτῶν dicunt, & ἀφροδυσσεύειν, vt equi obesi, ob idq; lusitabundi & contumaces, & interdum ἐξυβρίζοντες.

IN eodem tractatu, in cap. Furem nocturnum, hoc dictū Vlpiani pugnat cum dicto Gaii in cap. Itaq; suprā Ad legem Aquiliam, Cui Gaio Ciceronis

auctoritas astipulatur in oratione pro Milone; Quod si X I I. tab. (inquit ille) nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defenderit, interfici impune voluerit: quis est qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet: cum videat aliquando nobis gladium ad occidendum hominē ab ipsis legibus porrigi? Antinomix tamen mentionē apud iuris studiosos criminofam esse non ignoro. quare eorū pacem exposcēdam nobis in præteritum quoque intelligo. Gellius lib. x. Nam furem qui in manifesto furto deprehensus esset, tum demū X I I. tab. occidi permiserunt, si aut cum faceret furtum, nox esset: aut interdiu se telo cū prehēderetur, defenderet. Itidē Augustinus in cap. Si perfodiens, extrā De homicid. Hunc locum igitur mutilatum esse censeo, atque ita restituendum: Furem nocturnū si quis occiderit, omnino impune erit: si diurnum, ita demum impune feret. & reliqua. Sic fiet vt cum Accursio non conflictemur, in falebrāque prærupta hæreamus addubitando atque ariolando.

Cauere ab aliquo.

A D legem Pompeiam, in cap. Si sciēte, Quiq; quæsierint pecuniam, quiq; eorū ita crediderint, aut à quo ita cauerint.) Accursius hoc verbū vt mendosum adnotare videtur: ego verbi elegantia nequaquā silentio transmittēdam esse duxi: est enim ex prisca lautāq; nō ex triuali sordidāque supellectili huc trāslatū. Cicero in Verrē acti. iii. Epicratē conueniunt, demonstrant, id quod ille sciebat, se festertia octoginta dedisse: rogant eum vt id quod ab ipsis abesset pecuniæ, curet: ab sese caueat quemadmodum velit, de illa hæreditate cum Epicrate neminem esse acturū. id est arbitrio suo ab se cautionem exigat. Idē in Bruto, At vero (inquam) tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te cauero,

Cauere obsidibus.

amplius eo nomine neminem cuius petitio sit, petiturum. Inde cauere obsidibus, pro obsides exigere dicebant, atque etiam pro obsides dare: vtrunq; enim significat, sed sub diuersa constructione. Cæsar libro septimo de bello Gallico, Et quoniā in præsentia obsidibus cauere inter se non possent: ne res

Cauere capite.

efferreretur, vt iureiurādo ac fide sanciat, petūt. Et cauere capite apud Pliniū lib. xxxiiii. quod est capitis periculo se obstringere, & alium sibi eodem vinculo obligare. Quod ergo hic Vlpianus dixit, Quiq; eorum ita crediderint, aut à quo ita cauerint: huc habet sensum, Et qui credidit, & qui mutuatus est.

Cauere.

οἱ περὶ τὴν ἀνέλεγκτον, ἢ ἀφ' ἧς ἀξιοπίστως ἔπος ἡσυχάζουσιν: vel ἡ ὀντορ ἔπος κατηνύχην. Cauere interdum nec stipulātis est, nec promittentis: sed iurisprudentis hominis, qui cōsultori suo rationem præscribit, formulāque dicat paciscēdi aut contrahendi, & monitis consiliōque instruit, ne conditionem suam deteriorē faciat: vt apud Ciceronem in præfatione Topicorum, qui ad Trebatium scribens Iurisconsultum, Etenim (inquit) cum multis meis multa sæpe cauissem: veritus sum ne si ego grauarer, aut ingratū id, aut superbū videretur. Quare

Cautores.

in tertio de Oratore, cautores formularū iurisperitos appellat. Sic accipitur Cautio in cap. Quidā decedens, suprā, De administ. tutorū: Nemo enim (inquit) ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus, id est his formulis testamentorum, & conceptionibus verborū. Accursius acute (vt solet plerunq;) cautelas interpretatus est. Græce διαγραφίσεις dicuntur, & περὶ διορισμοί. Nō

Cautio.

abfimilis est acrimonia Accursii in interpretatione Galli Gallinacei. Quin-

tilianus libro septimo, Singula afferunt errorem, cum pluribus rebus aut hominibus eadem est appellatio: homonymia dicitur, vt Gallus. vtrum enim a-
uem, an gentem, an nomen, an fortunam corporis significet, incertū est. Plinius & Columella gallinaceum sine adiectione Galli dicere solent. De poena ^{Gallinaceus,}
huius legis Cicero pro Roscio Amerino ita inquit, Ita prudentissimæ ciuitatis Atheniensis sapientissimū dicunt Solonem fuisse, eū qui leges quibus hodie quoque vtimur, scripserit. Is cum interrogatus esset, cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset: respondit id se neminē facturū putasse. Dicitur sapienter fecisse, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat: ne non tam prohibere quā admonere videretur. Quanto maiores nostri sapientius? qui quum intelligerent nihil esse tam san-
ctum, quod non aliquando violaretur audacia, supplicium in parricidas sin- ^{Parricidarū}
gulare excogitauerunt: vt quos natura ipso in officio retinere non potuisset, ^{supplicium,}
magnitudine poenæ maleficio submouerentur. Infui voluerunt in culeum, atque ita in flumen deiici. In flumen non in mare dixit. O singularē (inquit) sapientiam. nōne videntur hunc hominem ē rerū natura sustulisse & eripuisse, cui repente cœlum, solem, aquam, terrāque ademerunt? vt qui eum necasset vnde ipse natus esset, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Et in Orat. perfecto, Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio parricidarum? quæ nequaquam satis deferbuisse post aliquanto sentire cœpimus: Quid enim tam cōmune, quā spiritus viuus? terra mortuis? mare fluctuantibus? littus eiectis? Ita viuūt dum possunt, vt ducere animam de cœlo nō queant. ita moriuntur, vt eorum ossa terra non tangat, ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur. ita postremo eiiciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui conuirescant. quæ verba hodie leguntur in oratione supradicta, quam Cicero primam egit, quasi in tyrocinio. Adnotandum hic videtur id quod Suetonius his verbis ait in Augusto, Dixit autem ius nō diligēter modo, sed etiam summa lenitate. siquidem manifesti parricidii reū, ne culeo infueretur (quod non nisi confessi afficiebantur hac poena) ita fertur interrogasse: Certe patrem tuum non occidisti?

A D legem Corneliā de falsis, in principio, Testimoniāve falsa inspicienda dolo malo coniecerit, id est curauerit: inquit Accursius. Ego vt nō dubiē lego coierit: ita inspicienda verbum mendosum esse arbitror: sicq; locum restituendum, Testimoniāve falsa inuicem dicenda coierit. vt Vlpianus in capit. Lege Cornelia, inferius, Item qui falsas attestaciones faciendas, testimoniāve falsa inuicem dicenda dolo malo coierit. ex cuius loci cum hoc collatione, satis apparet fluxam esse fidem exemplarium peruagatorum. Vtrobique tamē hāc particulam in, deesse affirmauerim: vt sit, Item qui in falsas attestaciones, vt Plinius in epist. In lites coiri questus est, & gloriæ loco poni ex spoliis ciuium magnos & statutos redditus. Dicebāt enim coire in rem, vel de re, vt Cicero pro Roscio, Auaritiam præfers, qui societatem coieris de municipis cognatiq; fortunis cum alienissimo. Coire autē verbū est criminofum interdū: ^{Coire.}
vt ex iis exēplis patet quæ superius citauimus, cum de verbo Circūuenire iudicio diceremus. συγχροτεῖν Græce dicitur, & συνίσταθ & ἐπισυνίσταθ, vt diximus.

- IN cap. Impuberem. Item si feruo, Dicimus eum pœna eximendum esse.)
- Eximere pœnæ, & eximere noxæ. Legēdum pœnæ in datiuo. Eximere pœnæ vt eximere noxæ dicebant. Tacitus, Marcellum preces Cæsaris pœnæ magis quàm infamiæ exemere: τὴν τιμῆς μάλλον ἢ τὴν ἀτιμίαν ἐξαίλον. Liuius libro octauo, Inde noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra Imperatoris imperium pugnavit: sed noxæ damnatus, donatur populo Rom. donatur tribunitiæ potestati precarium nō iustum auxiliū ferenti. Illud prius noxæ, datiuus est: posterius genitiuus. Sic Liuius libro iiii.
- Eximere notæ & supplicio. Notæ iam destinata exemptus est à Cēsoribus. Eximere supplicio, Curtius. Sic exemptus reus dicitur cap. Si interueniente, infrà Ad Turpil. Cicero in Verrem actione tertia, Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cū periculo capitis, ob eam causam, ne tu ex reis eximerere, si ego non affuissem ad diem. id est ne tu necessitate obseruandi iudicii publici absoluereris. ἵνα μὴ τῆς αἰτίας σὺν ἡβριθέης, εἰ ἐπὶ ἐκ ἀπάντων εἰς πλὴν κινῶνται. Noxæ eximere precibus, est pœnā reo destinatā deprecari: ἐξαίτεῖσθαι ἐν κινδυνεύοντα, vel ἐν κενόμεινον. In reos referre. reo destinatā deprecari: ἐξαίτεῖσθαι ἐν κινδυνεύοντα, vel ἐν κενόμεινον. In reos referre opponitur ei quod dictum est, ex reis eximere. Cicero, Absentē credo in reos relatum, rem indicta causa iudicatam. Et in Verrem acti. vlt. Sthenii domum per hospitium exhaust: absentem in reos retulit: causa indicta capite damnauit. Ii inter reos recepti dicebantur. Reum autem fieri (inquit Asconius) est apud Prætorem legibus interrogari. Cum enim in ius ventum esset, dicebat apud Prætore accusator reo, Aio te Siculos (verbi gratia) spoliasse. si tacuisset: lis ei æstimabatur vt victo. si negasset: petebat à magistratu dies accusator inquirendorum criminum, & instruebatur accusatio. ὑπὸ νόμοις à Græcis dicuntur, & ἐν νόμοις, & εἰς τὸ δικαστήριον εἰσέρχονται. Hæc cum sint verba iuris, tamen inter Iurisperitos obsoleta sunt & ignota: pro eisque alia sordidioris notæ substituta increbruerunt, vt in omni ferme parte iuris. vsque adeo facilis est in deteriora delapsus.
- Inter reos recipi. Reum fieri. Mos priscus in rebus capitalibus. Imitatum. Quid sit falsum, Si quis chirographum alienum immutet.) Legendum, imitetur: id est effingat. Tranquillus in Tito, E pluribus comperi notis quoque excipere velocissime solitum: & cum amanuensibus suis per ludum iocūmque certantem imitari chirographa quæcunque vidisset, ac profiteri se maximum falsarium esse potuisse. Cicero de Natura deorū, Chirographū sex primorum imitatus est. hoc est adulterauit. Vnde imitatum passiue, quod alibi assimulatum dixit in libro de Vniuersitate: videlicet quia Græci dicunt ἀπομιμημένον, ἀπὸ τῆς ἀπαμομιμνήσκον.
- Diplomata. IN cap. Eos, Qui illicitis insignibus vsus est, vel falso diplomate vias com- meauit.) Et hic & in cap. Cōtinuus, suprà De verb. oblig. nemo qui literarū bonarum elementa attrigerit, ignorat diploma legendum esse, non diploma. Diplomata sunt quas literas patentes nunc appellamus: cuiusmodi sunt edita & mandata principum regio signo sancta: & quas bullas pontificias vocant. Cicero in epist. Diploma statim nō est datum. de literis Cæsaris loquēs, quibus Balbus restituebatur. Verbum est Græcum, quippiam duplicato compositum significās aut complicatum, vt linteum quod πλῆγμα dicitur. Macrobius, Consulunt hunc deum & absentes missis diplomatibus cōsignatis: rescribitq; ordine ad ea quæ consultatione abdita continentur. Diplomata appellat

pellat chartulas complicatas, & lino traiectas obfignatâsque. quo in loco codicillos etiam Latine ea vocat: vt Trāquillus in Claudio, Suppositos aut etiā Codicilli. palàm immutatos datorum officiorū codicillos. quod verbum legitur in Trā- Codicillaris potestas. statu De excus. tutorum. cap. Administrātes. Vnde codicillaris potestas Lam- pridio: id est quæ à principe confertur. Traianus ad Pliniū, Diplomata quo- rum præteritus est dies, non debent esse in vsu. ideo inter prima iniungo mi- hi, vt per omnes prouincias antè mittā noua diplomata, quàm desiderari pos- sint. Sic Cicero in Pisonē, Mitto diplomata tota in prouincia passim data: mit- to numerum nauium, summāmque prædæ. id est edicta quibus naues exigen- das mandabas cū prouinciæ præesses. Inde fit vt diplomata vocati sint codi- cilli qui dabantur cursoribus, vt liceret eis vti equis & vehiculis publicis. Ve- rum quoniam in iis exigendis interdum fraus cōmittebatur, ideo lege Cor- nelia constitutum eos teneri, qui adulterinis codicillis vtuntur. Hodie apud nos interdum fieri vidimus, vt non aliter cuiquam liceret equis celeribus vti, qui ob cursores armillatos mansionatim collocati sunt, quàm si chartulā ha- beret publico chirographo subscriptā. Apud Persas erat ἀγκυρῶν δρόμιμα cur- sus perniciissimus equitum, vt scribit Herodotus in octauo. Vnde nomen An- Angariæ. garix & parangariæ in libris Iuris lectitatum manauit. est enim nomen Per- sicum. nostrates postas, quasi positos collocatōsq; certis in locis, & semper in procinctu excubantes appellant. Antiqui nō equis singulis & expeditis vt ho- die, sed vehiculis vtebantur. vnde cursus vehicularis erat, qui publicus dicitur Cursus vehi- libro xii. Codicis. Id quod planū fit ex Plutarcho in Galba, his verbis, Nym- phidius vero non mediocri indignatione affectus est, cū Consules seruos pu- blicos destinassent, quibus ferenda ad Imperatorē senatuscōsulta præberent: quibus scilicet ipsis ea quæ diplomata appellantur, ideo dari solent, vt iis sta- tim agnitis, ciuitatum magistratus tabellariorum cursū accelerent, in com- mutatione vehiculorum datis deductoribus. Iulianus Imperator in epistolis, ἀξεί δ' εἰς τὸν δρόμον οὐκ ἔχοντα χρώμενον ἐν καὶ παρίστω. Idem alibi, χρόνον δ' οὐκ ἔχοντα δημοσίῳ μέχρι τῆς ἀποπέρας τῆς ἡμέρας, καὶ ἐν καὶ παρίστω. Ducet te autem cursus publicus, vno vtētem vehiculo, & parippo vno. Quid sit autē Parippus, videbis in lege quar- Parippus vel Parhippus. ta De cursu publico & angariis & parāgariis, libro xii. Cod. vbi Parhiphus pro parhippus legitur ab interpretibus post Accursiū. Ibidē Paraueredus pro eodē dicitur: hoc est qui veredo vno super numerū vtitur diplomate cōpre- hēsum, vel super numerū solitū: vt in superioribus exēplis Iuliani principis. Veredi à vehēdis redis dicti, vocabulo è Gallico Latinōq; cōposito, vt Epire- Veredus. Reda. Diplomata. dium: cum reda sit Gallicum vocabulum, vt inquit Quintilianus. Diploma- ta igitur erant vel chartulæ signo principali obfignatæ, vel tessera, quibus ag- nitis, qui ἐπαρχοι dicuntur, hoc est præsidēs & alii magistratus præfecti, ve- hricula cum equis publici cursus accommodabant. In tract. De cursu publi- co Cod. euectiones identidem diplomata dicuntur: pro quo vocabulo Græce Euectiones, σωθήματα legimus, id est tesseras, vt in lege tertia tractatus sæpe dicti. Euecti- ones (inquit) ab omnibus postulētur: & tā iudices quàm custodes. & reliqua. πᾶς ὁ δύνων ἀπαιτεῖσθαι σωθήματα παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τῆς δημοσίας δρόμων. Tres autē eos De tribus postremis li- libris qui postremi sunt Codicis, nec emendari posse sine Græcis exemplari-

Barbara ver-
ba in ijs li-
bris.

Auerta.

Hippocomi.

Archippoco-
mus.

Obrepere.

Surrepere.

Obrepere
ab honorem
vel magistra-
tum,

bus, sicubi extant, cognitu facile est, nec enarrari quibus in ipsis permulta vo-
cabula barbara inueniuntur: vt auerta in lege, Quoniã, in eo ipso tractatu, De
cursu publico: Sella (inquit) cū frenis, sexaginta libras, totidem auerta nō trās-
eat. ἢ δὲ ἀβέρτα, τὰ πλείους ὑπομασχαλον ὁ ποδὶ ὑδιδέρονται καὶ τὰ νώτα, ἔσω καὶ αὐτὸς ἐξήκινται
λιγῶν. καλεῖται δὲ ἀβέρτα ἐκ τῆς ἀπεσφάφθαι. Auerta (inquit) vocatur ex eo quod auer-
sa sit. Est enim hypomafchalon, id est lora latiora quæ per terga equi iugalis
excurrunt sub alis eius succincta. Ibidem, Hippocomi sunt homines equorū
curæ præfecti: quales scutarii in comitatu regis vocantur: quorum maximus
Archippocomus dici potest.

IN lege, Si quis, eodem tractatu De cursu publico. Mutationes sunt quæ à
Græcis ἀλλαγαὶ dicuntur, & ἀμοιβαί. Siquis (inquit) vel pro vna mutatione vere-
dum superducendum esse crediderit, quadruplū. & reliqua. ἐάν τις μίαν ῥαυτὴν ἀλλα-
γῇ παρελάσῃ, vel παρὶ ποδός ῃ. Si quis vel vnicam mutationem præteruehatur: id
est mansionem demutandis equis destinatam. quod nec Accursius nec Bar-
tolus intellexisse videntur: nec id mirum est.

IN cap. Si quis obrepserit præfidi prouinciæ. Quoniã hoc verbum apud
Iurisperitos in vfu est, & Accursius eius vim significationemq; parū per-
cepit, vt hoc in loco luculēter ostendit: ideo enarrandū nobis visum est. Ob-
repere est latenter progredi, & fallaciter adire: παρδρόσσαι: vt serpētes humi re-
pentes solēt. Vnde fit vt quicquid sensum fallat, id obrepere dicatur: vt, Ob-
reperit non intellecta senectus. Cicero in Catone, Qui enim citius adolescētia
senectus, quàm pueritia adolescētia obreperit? Et libro sexto ad Atticū, Obre-
psit dies, vt vides: mihi enim ad tertiū Calēd. Sextiles decedendum est. ἢ ἡμέρας
ἀπέδον. Alibi, Mihi dies decessionis λεληθώς obrepebat. Et eò fit vt obrepere
pro fallere, hoc est incautū aggredi, accipiatur. Plinius lib. xxxvi. Nec potest
videri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepisse quodam vite
rudimento. iam enim L. Crassum oratorem M. Brutus in iurgiis ob id Vene-
rem palatinam appellauerat. καὶ τοὶ ἐκ αὐτῆς δίκης ὁ σκαῦρος ἀπελθεῖν πρὸς πόλιν. Vlpia-
nus de Carbo. edicto, Sed si cū esset pubes, quasi impubes obreperit: dicendū est
nihil eū egisse. Accursius obrepserit existimauit ab obripio esse: vt preces obre-
ptitias & surreptitias Nicolaus Perottus ab obripiēdo & surripiendo dictas
esse tradidit. De obrepo iam planū factum est. de surrepo restat vt doceamus.
Quintil. in iii. Beneuolētia & attētionis postulatio, quia esse in turpi genere
causæ nō possit: insinuatō surrepat animo, maxime vbi frons causæ nō satis
honestā est. Et itidē de exordio loquēs, & rursus de partitione, Ita surrepetur
animo iudicis. Obrepere igitur magistratui quid sit, satis liquet. hoc Græci o-
ratores κλέπην dicunt, & κλέμμα obreptionem: licet & aliā significet. Obrepere
autem ad magistratum dicitur, qui falsa specie vel probitatis vel doctrinæ ad
magistratus assumitur: & vt vulgo loquimur, per hypocrisim. Cicero in Piso-
nem, Obrepisti ad honores errore hominū, commendatione fumosarū ima-
ginum: quarum simile habes nihil præter colorem. id est, fefellisti populum
Rom. commendatione familiæ cognomento frugi. παρρησιασθεῖς εἰς τοὺς ἀρχαίους. Et
pro Plancio, Quid si doceo Cn. Planciū non obrepisse ad honores, sed eo ve-
nisse cursu, qui semper patuerit omnibus hoc nostro equestri loco: id est, vt
vulgus

vulgus loquitur, per abusum. Dicitur & irrepo eodem ferme significato, ut in tertio Offic. Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere: hac vi non utatur. Irrepere, pro fallaci quodam cōmento, & obtētu iniquo inter hæredes adscribi. Sic pro Archia, Qui etiā post legem Papiam in eorū municipiorū tabulas irreperūt. *παρενεχράφθηεν τοῖς πολίταις. & παρέχραφος πολίτης* huiusmodi dicitur.

A D legem Iuliam repetund. cap. In comites. In comites quoque iudicum hac lege iudicium datur.) Bartolus, ut in Accursii sententiā iuratus, comites duobus modis intelligi posse ait: id est conscios & consortes criminis: vel officii socios, id est collegas. Vsq̄ue adeo recentiores Iuriscōsulti à priscorum doctrina Latinēque loquendi consuetudine degenerarunt: non ingeniorum illi quidem tarditate, quæ summa ipsis eximiaq̄ fuerunt: non rerum incuria, ad quas percipiendas summo studio incubuerunt: sed priscæ historiæ ignoratione, antiquarumq̄ rerum inscitia, quas infelicitate temporū satis nosse non potuerunt: cū bona pars doctrinæ atque elegans in tenebris esset condita, & situ squalloreq̄ multorum seculorū obruta: tametsi permultis eorum persuasum fuerat, verborum elegantiam studio iuris incōmodiorem quàm vtiliorē esse. Quæ sentētia rusticitatis plena, ita in rem præiudicatā transiit, ut vel hodie in literarum claritate propemodum instaurata, putidissima eorum voluminum barbaries in consiliis publicis summo assensu atq̄ etiam plausu persæpe excipiat. Scilicet illa vis est naturæ perpetua, ut téporis circumactū omnia deteriora fiant, vitiaq̄ in dies erroresq̄ inualescant. Comites iudicum, id est pro-

Comites iudicum.

consulum, prætorum, præfulum, aliorumq̄ magistratuū prouincias regentiū, erant legati, præfecti, quæstores, scribæ: qui cum magistratibus in prouincias mittebantur, ut hodie à Venetis mitti audimus cum prætoribus designatis. Cicero in Verrem act. ter. Non nego tibi ipsi nullum nummū esse numeratū: sed quum ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniæ dabantur, nō erat quærendū cuius manu numerarentur, sed cuius iniuria cogerentur. comites illi tui dilecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensi, aruspices, præcones, manus erant tuæ: ut quisq̄ te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur. Est alioqui etiā comes non socius, sed qui alium comitatur tanquā maiore: ut in cap. Item apud Labeonē, suprà De iniuriis. Siquis virgines. licet Lucanus pro socio vsus sit illo in loco: Scire senatus auct, miles te Magne sequatur An comes. Cicero in Tusculanis, Asclepiadem ferunt philosophū, cum quidā quæreret quid ei cæcitas attulisset, respōdisse, ut puero vno esset comitator. Cicero pro Cornelio, de Pompeio loquens, Cum etiam ipse casus euentusq̄ rerum, non duces sed comites consiliorū ejus fuerint, id est cum interim ipse plus spei ac fiduciæ in cōsilio quàm in fortuna poneret: cum priores partes prudentiæ tribueret, & posteriores fortunæ. Duorū tamen generū comites fuerunt, id est ἀκόλουθοι iudicū, id est magistratuū. Prioris generis sunt ii de quibus Cicero ad Q. Fratrem ita scribit, His autē in rebus iam te vsus ipse profecto erudiuit, nequaquā satis esse, ipsum has te habere virtutes: sed esse circumspectū diligenter, ut in hac custodia prouinciæ non te vnū, sed omnes ministros imperii tui sociis

Comites
quasi ex
cohorte
prætoria.

Lex socialis.

Missio mili-
tari.

Dare nomē
militiæ.
Lex Cintia.

& ciuibus & reipub. præstare videare: quanquā legatos habes eos. & reliqua. Idem inferius, Atq; inter hos, eos quos tibi comites & adiutores negociorum publicorū dedit ipsa resp. dūtaxat finibus his præstabis, quos antè præscripsi. Quos vero aut ex domesticis conuictoribus, aut ex necessariis apparitoribus tecū esse voluisti, qui quasi ex cohorte prætoria appellari solent: horū nō modo facta, sed etiā dicta omnia præstanda nobis sunt. Et inferius, Accensus (inquit) sit eo numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt. Sit licetor nō sue, sed tuæ lenitatis apparitor. His verbis apparet comites quosdam fuisse adiutores & ministros imperii publici & magistratus: alteros fuisse apparitores & domesticos proconsulis aut præsidis: qui tamen ipsi etiā publice ei dabantur: vt accensus, præco, medicus, lictores, aruspices: qui quasi ex cohorte dicebantur: quos Marcellus in primo capite intellexit his verbis, Vel cū ex cohorte cuius eorū est. vbi legēdum cenſeo, Vel eum qui ex cohorte. Quid autem sit alioqui cohors prætoria, nos in altera editione diximus. vnde prætoriani milites dicti. Idem Cicero in Verrē, Cohors illa tua quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm si centū cohortes fugitiuorū fuissent: tua manus sine controuersia fuit. De domesticis eius loquens, non de militibus: vt in Frumētaria, cum Verrem recuperatores, id est iudices priuatarum controuersiarum de cohorte sua dedisse dicit, furtorum & rapinarū participes. Hæc lex à Pifone primum lata est cognomēto Frugi, appellataq; est lex socialis, vt ipse inquit in tertia Verrina: est enim sociorū causa cōstituta: Ciuibus (inquit ipse in Diuinatione) cū sunt pecuniæ ereptæ, ciuili fere actione & priuato iure repetuntur. Hæc lex socialis est: hoc ius nationū exterarum est: hæc habent arcem. Quod iudicium ipse Verrē accusans, his verbis intēdit in prima act. Dicimus C. Verrem cū multa libidinoſe, multa crudeliter in ciues Ro. atque in socios, multa in deos hominesq; nefarie fecerit: tum præterea sestertium quadringenties ex Sicilia cōtra leges abstulisse. Sic enim legi debet: quod apud nos decies centenis millibus aureorum æstimari debet duntaxat coronatorum.

IN cap. Eadem lege, Ne quis ob militem legendum mittendūmve æs accipiat.) Mirum est Accursium non intellexisse quid sit mittere milites, id est à militia dimittere vt causarios aut emeritos: cum Vlpianus in cap. Quod prætor. Ignominia, suprà De iis qui notantur infamia, missionum militariū genera distinxerit. In delectibus autē faciendis ciues Romanos cogi solitos nomina in militiā dare, nemo ignorat, qui quidem Liviū legerit aliqua in parte, vt libro quinto ab Vrbe, Omniū primū (inquit) Tribunis militum fuit delectum haberi: nec iuniores modo conscripti, sed seniores etiam coacti nomina dare. Et libro. vii. Acerbitas in delectu non damno modo ciuium, sed etiā laceratione corporum fuit: partim virgis cæsis qui ad nomina non respondissent: partim in vincula ductis: inuisa erat. Inde dare nomē militiæ, in cap. Qui cum vno, inf. De re militari. Quod autē subditur: Vel ob accusandum, vel non accusandum pecuniā accipiat: id per legē Cintiam cōtra causidicos quaestuarios constitutum est: de qua Tacitus libro. xi. ita inquit, Igitur incipiente Caio Silio consule designato, consurgunt patres, legemq; Cintiam flagitant: qua cæuetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam donūmve accipiat

cipiat. Deinde obstrepētibus iis quibus ea cōtumelia parabatur, discors Suillio Silius acriter incubuit, veterum oratorum exempla referens, qui famam in posteros præmia eloquentiæ cogitauissent pulcherrima. alioqui & bonarū artium principem sordidis ministeriis fœdari: ne fidem quidem integram manere, vbi magnitudo quæstuum spectetur. Et paulo pōst, Talia (inquit) dicēte consule, parabatur sententia, qua lege repetundarū tenerentur: cum Suillius & cæteri circumsistunt Cæsare antea cta deprecātes. Et inferius, Hæc ita haud frustra dicta princeps ratus, capiendis pecuniis posuit modum vsque ad dena festeria: quæ egressi, repetundarū tenerentur. Hæc dena festeria in cap. pri. de variis & extra. cognitionibus, centum aurei vocantur: ea autem nos in lib. de Asse ducentos & quinquaginta aureos francicos valere ostendimus: quæ summa ad nummum cum decem festeriis conuenit, cum in singula festeria vicens quinos aureos taxauerim.

IN capite sequenti, Nēve ob litem æstimandam, iudiciūve capitis pecuniæ faciendū.) Hoc verbum Accursiani non intellexerunt. sunt enim antiqui iuris verba. Cicero in Verrem act. iii. Reperietis paucos Syracusanos, qui se nunc publicæ laudationis causa venisse dicunt, & tunc participes prædæ fuisse: & nunc non ad istius laudationem, sed ad communem litium æstimationem venisse. Idem in quarta, Hoc quenquam denique nunc tuorū aduocatorum æquo animo audire arbitrare: qua in ciuitate Caio Catoni clarissimo viro, consulari homini festeriū. xviii. millibus lis æstimata sit, in eadem ciuitate apparitori tuo esse cōcessum, vt festerium vno nomine tredecies auferret? Litem æstimatā Catoni dicit, id est eum damnatū. xviii. millibus nummū iudicio repetundarum. Idem in vltima, Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam domum, sed ex tua calamitate cineri atque ossibus filii sui solatiū vult reportare. Lites æstimatas vocat pecuniam multatitiam, & nummarias sententias: vt hodie cum iudices certa summa actorum dispendia & incommoda æstimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. id à iuris auctoribus, quanti interest actoris appellatur. Sic in iudicio repetundarum fiebat: nam repetundarum causa (inquit Asconius) ita se habet, vt si reus conuictus sit atque damnatus, pecuniā reddat æstimata lite: hoc est in precium redactis omnium furis: quam summam pecuniæ proscriptis eius bonis sectores curabant. Hactenus Asconius. Crimina autem Verris non tantum ad lites æstimandas pertinebant, sed etiam ad pœnam capitalem & exilium propter crudelitatem. Itaque ille prima statim actione perterritus in exilium abiit, non expectato iudicii exitu. Cæsar in quinto commenta. Obsidibus ad diem adductis, vt imperauerat: arbitros inter ciuitates dat, qui litem æstiment, pœnamq; constituāt, id est qui ob incursiones Pyrustarum in Illyricum factas, eos tanti damnet, quantum esset damnum populatione datum. *δαι τι τοῖς ἔδωκεν ἐφ' ᾧ ὑμῖν ἔσται τὸ τοῖς πῶ δίκω.* dicitur & à Græcis *τιμὴν αἰσχροῦ τῇ δίκῃ*, cum actor ipse tanti litem æstimandam sibi poscit. Sed iudicis est *ὑμᾶς δ' ἀλόνει πῶ δίκω.* Litis autem æstimatio ita appendix erat damnationis, vt hodie ex formula iudiciali, id est quod damna & interesse vocant. id enim ex Cicerone pro Cluētio intelligere promptum est, his verbis scribente: Hic profertur id, quod iudicium appel-

Aestimare li-
tem capitis.

Capitis an-
quire.

lari nō oportet. P. Septimio Scæuolæ litem eo nomine esse æstimatam. cuius rei quæ consuetudo sit, quoniā apud homines peritissimos dico, pluribus verbis docere non debeo. nunquā enim ea diligentia quæ solet adhiberi in cæteris iudiciis, eadē reo damnato adhibēda est. In litibus æstimandis ferē iudices aut quod sibi eū quem semel condemnauerunt, inimicū putant esse: si quæ in eum lis capitis illata est, non admittunt: aut quod se perfunctos iam esse arbitrantur cū de reo iudicarūt, negligentius attēdunt cætera. Itaq; & maiestatis absoluti sunt permulti, quibus dānatis de pecuniis repetūdis, lites essent æstimatæ: & hoc quotidie fieri videmus, vt reo damnato de pecuniis repetundis: ad quos peruenisse pecunias in litibus æstimādis statutū sit, eos illi iudices absoluant. quod cum sit, nō iudicia rescinduntur: sed hoc statuitur, æstimationē litiū non esse iudiciū. Hæc Cicero, & alia quæ sequūtur, causæ suę inferuiens dixit: quibus rem aliquātulum obscuram implicare etiam summopere nixus est. Quare Quintilianus de hac oratione loquēs ita inquit, Itidem orator cū falso vtitur pro vero, scit esse falsum: eoq; se pro vero vti. Nō ergo falsam ipse habet opinionem, sed fallit alium: nec Cicero cum se tenebras offudisse iudicibus in causa Cluentii gloriatus est, nihil ipse vidit. Aestimare litem capitis est actione rei persecutoria non vti: sed criminaliter intendere, & vt vulgo loquimur, conclusiones capitales concipere. Cicero in oratione supradicta, Scæuola condemnatus est aliis criminibus, frequentissimis Apuliæ testibus: omni contentione pugnatum est, vt lis hæc capitis æstimaretur: quæ res si rei iudicatæ pondus habuisset, ille postea vel iisdem vel aliis inimicis reus ac lege ipsa factus esset. vbi non pugnatum, sed expugnatū legendum esse suspicor, id est, obtinuit actor summa contentione, vt sibi liceret litem capite æstimandā postulare. Existimo enim à Græcis hanc locutionem tractam. Plato, ἀποδάμνεις αὐτὸν βέλοιο το δανάτω σοὶ ὑμᾶς δα. id est, si te capitaliter postulare voluisset. Demosthenes ἐπὶ οἰοκλείῃ de accusatore dixit vt Plato, ἐφ' οἷς δὲ πατεῖ ἐπιμήνεται δὲ καὶ παλαιῶν, ἀπὸ πλάγῃ, καὶ ἀνέλειτο πῶς ῥα φῶν πρὸς δὲ τὸν ὁρφάνον. Subdit enim postea, ἀφ' ἧς ἡ ῥα φῶν ἐφ' ἧς δὲ καὶ παλαιῶν ἐπερὶ ἧς ἐπὶ τὸν πῆμνα: exemit eum noxæ, cuius litem decem talentis æstimauit. Id Liuius ex antiquis annalibus capitis anquire dixit. hoc autem ex verbis Ciceronis suprà citatis intelligimus, litis æstimationem non ita iudicii vicem implere, vt ex ea præiudicium in causam capitis fiat alia lege agentis. Vt enim alibi diximus, certa ac peculiaris cuique iudicio publico formula erat, qua causam dicere accusatis erat necesse.

IN eodem cap. Ne in acceptum feratur opus publicū faciendum: frumentūve publice dandum, præbendum, apprehendendū: facta testā tuenda, antequā perfectā, probata, præstita legerint.) Lego non apprehendendū, sed approbandū: & lege erunt, non legerint. Omnino enim sic legendū est: id quod etiā ipse suspicatus est Accursius. Sunt autē verba prisca formulæ in iis rebus quæ publice locabātur. Lex pactū significat. Cicero in Prætura vrb. de fartis testis loquens, Rabonius qui legem nosset qua in lege numerus tantū columnarū traditur, perpēduli nulla sit mētio, negat oportere colūnas ad perpēdiculum exigi, id est, qui nosset formulā qua facta testā à Prætoribus tuendalocabantur, de quo verbo nos plenē diximus in superioribus. exēpla crebra

bra sunt apud Catonem. Vlpianus hanc legem inquit venditionis, Siquid facri vel religiosi est, eius nihil vānit, superuacaneam nō esse. Probatum autem Probatum opus & approbatum. & approbatum opus dicitur, quod magistri opificiorū euocati inspectum, re- tulerunt esse idoneū, & recte factū. Cicero, Locatur opus id, quod mea pecu- nia reficiatur: ego me refecturum esse dico. Probatio futura est tua, qui locas: prādibus & prādiis cautum est populo, id est, tuum est prātoris, qui locasti, exigere vt opus tradam approbatum: & mihi accepto ferre cum probatū fue- rit. quibus verbis ostendit prātoris iniquitatem. Tu (inquit Asconius) operis exactor esse debes, nō voluntatis meæ dominus, vt me inuito opus alii facien- dum loces, cum populo prādes dederim. Est autem accepto ferre, vel in acce- Accepto ferre. ptū, id quod vulgo dicunt habere pro admissō & recepto. Idem, Rabonio in- de opus acceptum retulit. *καὶ ἐκδομὸν ἔργον ὡς τὸ ἀπολαβεῖν ἀπομολογήσῃ.* vel ad verbum, λαβὼν ἔχειν διαμολογήσῃ ὡς τὸ ἐρξαλαβεῖν τοῦ. dici etiam potest ἀποδεξά- μενος ἔχειν διαμολογήσῃ. Probare vero & approbare, redemptoris est, nō locato- ris. Est enim approbare (quod Cicero ferē probare dicit) efficere vt probū re- ctumq; iudicetur id quod quis facit vel dicit. Cicero in Verrem, Non vereor ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non probem. id est, scio eum omni- nō hanc meam accusationē Verris non improbatūrū. Et pro Sylla, Hoc fen- tio, si mei facti rationem vobis cōstantiamq; huius officii ac defensionis pro- baro, causam quoque me P. Syllæ probaturum. Hoc existimo sic Græce dici posse, *ὡς τὸ ἐργῶ με καὶ τῇ δυστάει τῇ καθήκοντι τῇ ἐμῇ, ἡμᾶς ἀρίστω, καὶ δὴ τῇ ἀπολο- γίᾳ οἶμαι, τῇ τῇ σύλλᾳ αὐτοῦ ἀριστεύειν.* vel magis ad verbum, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ δὴ τῇ τῇ σύλλᾳ ἀρίστω ἡμᾶς δοκῶμι. Opus autem probare est, vt vulgus loquitur, recte & Probare opus & approbare. probe cōsummatū præbere. Paulus suprà in tractatu Locati, Si in lege loca- tionis hoc comprehēsum est, vt arbitrato domini opus approbetur: perinde habetur ac si viri boni arbitrato comprehensum esset. Vitruuius, Redemptor ad tempus opus manufactū subtiliter regi approbavit: & ad sacoma pondus coronæ visus est præstitisse. Sacoma Vitruuius *σίκωμαι* dixit: id est quod in li- Sacoma. bra apponitur ad æquilibrium faciendum. Secundum hoc Marcellus, aut qui legem rogauit potius, perfecta, ad opera: probata, ad frumēta: præstita, ad far- ta tecta retulisse videtur. vel fortasse hæc tria ad fartatecta retulit & ad supe- riora promiscue. Quod si appendendum legi debet, vt suspicari non immeri- to quis possit, locus est mutilatus: vt fortasse hoc verbū oleum desit. Frumen- tum enim ad mensum, oleum appensum præbetur. Erat enim munus publi- cum, vt frumentatio, quæ sitonia Græcè dicitur.

A D legem Iuliam de annona, Constitit inter dominum & feruum iudi- cium.) Constitit videtur legendum: aut Græco more dixit *συνέστηκε*. quod ta- mem significationem habet præsentis, vt *πέποιθα*, & alia.

IN cap. Qui tabulam, Ad legem Iuliam pecul. Qui tabulam æream leges formamve agrorum continentē refixerit.) Sic dictum est vt in sexto Aenci- dos, Fixit leges precio atque refixit. quo modo etiā Cicero in Philippicis vsus est: Leges enim in tabulis æneis incisæ erant. Boethius autem auctor est in co- loniis assignandis agros variis limitibus conformari olim solitos. Quidā enim agri in decumanum formabātur: quidam in cardinem: quidam in scamnum,

Cardo &
decumanus.

Limes.

aut in strigam. erant & excultellati, normati, succisui, aliisque nominibus appellati, ab agrimenforibus inuentis & usurpatis, qui agrorum metandorū peritiam profitebātur. Erant etiam leges cuique agri generi, secundū quas controuersia finales disceptabātur. Inde illud Plinianum libro. xvii. Vineas limitari decumano oportet. xviii. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus: aliisq; conuersis limitibus denūm pedum distingui per media iugera: aut si maior modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano limitari. Quid autē sit cardo, quid decumanus, ipse libro duodeuicesimo docet, Solis ortu (inquit) quocūq; libeat die stantibus hora diei sexta, sic ut ortū eum à sinistro humero habeant: contra mediam faciem meridies, à vertice septentrio erit. qui ita limes per agrū currit, cardo appellatur. & inferius, Linea (inquit) hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui ita fecabit agrū, decumanus vocabitur. Hic limitem non pro termino intelligere oportet, sed pro forma agri. Sic apud Liuium de bello Macedonico libro septimo, Terminus est nūc imperii vestri mons Taurus: quicquid intra eum cardinem est, nihil longinquum vobis videri debet: quò arma peruenerūt, eodem ius hinc profectum veniat. Verba sunt legatorū Græciæ. Taurum montem à mari Euxino ad mare Cypriū excurrentē, Liuius cardinē à forma vocauit, quasi limitem imperii Romani à septentrione ad meridiem.

Aedicula.

I N cap. sequenti, Qui autem ædiculas incustoditas tentauerint: amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi meretur.) Aedicula est facellū, id est ædis sacrae appendix. Liuius, hisdem diebus ædiculam Victoriæ virginis prope ædē Concordiæ M. Portius dedicauit. *αἱ δὲ* Græce dicitur. Plinius pro loculamēto simulacri posuit libro. xxxvi. de Venere Gnidia, Aedicula eius tota aperitur, ut conspici possit vndique effigies deæ. Sic Iuuenalis, Si quis in ædicula deus vnicus. *ὁ δὲ ἑὸς*.

De more
prisco crean-
dorū magi-
stratuum.

Candidati.

A D legem Iuliam de ambitu, Quia hic locus ita intelligi mihi aliquando visus est, quasi lex ambitus ex eo tempore sublata fuerit, cum ad vnus arbitrium omnia magistratuum munia redigi primū cœperunt, quasi iam nulla comitia fuerint, quasiq; ambitus crimen in prætorio principali cōmitti non possit: quò res hæc tota penitus noscatur, sciendum est olim ita institutum fuisse Romæ, ut diebus comitialibus, qui vel à consule, vel alio magistratu cui tum comitia habendi ius erat, edicto promulgabantur: populus conueneret in campum Martium. Qui autem magistratum petebant, quos à toga candida, quod gestamen erat petitorum, candidatos vocabant: cum ad comitia se contulissent cum amicis, tribus circuirent, singulosq; prehensantes, id est *ἄξι-
μοι*, gratiam & suffragia precibus temporariaq; obseruantia emererentur, vnoquoque popularium plebeiōrumque benigne appellato & nominatim. Quam ad rem facilius transigendam nomenclatores inuenti sunt, qui nomina singulorum tenebant, candidatisq; suggerebant, ut quisque obuius erat. quāquam id postea lege vetitū esse, auctor est Plutarchus in Catone minore. Hi *ὀνομαπλόγοι* Græce dicuntur. Vnde nomenclatura vocabulum deductū, *ὀνομαβλογία*. Comitia autē quædam erant cēturiata, quædam curiata. Centuriatis comitiis populus per centurias ex censu & ætate diuisus, suffragia ferebat: illaq;

Nomencu-
latores.

Nomencla-
tura.
Curiata cen-
turiataq; co-
mitia.

illæq; centuriæ prærogatiuæ dicebantur, quæ forte primum eductæ rogabantur. In curiatis autem populus promiscuè suffragia ferebat, tributim tamen distinctus. De vtrisque in tertio de leg. Cicero, Descriptus enim (inquit) populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in suffragium consilii, quàm fusè in tribus cõuocatus. Propterea centuriata comitia, magna comitia ipse vocare solet. meminit Gellius lib. xiiii. Comitiorum autem summam lex X I I. tab. statuit esse in populi arbitrio & potestate: sed ea tamen voluit magistratum aliquem moderari. Verba legis hæc sunt, Creatio magistratum, iudicia populi, iussa, vetita, cū sciscuntur, optimatibus nota, plebi libera sunt. Cū populo patribusq; agendi ius esto consuli, prætori, magistro populi, equitumq; eiq; quæ produnt patres consulum rogandorum ergò: Tribunisque quos sibi populus rogasset, ius esto cum patribus agendi. Magistrum populi Dictatorem appellans: cui & magistro equitum & interregi ius esse voluit comitiis præesse. Cum populo agere, est rogare quid populum, quod suffragio suo vel iubeat, vel vetet: unde rogatio pro lege dicta. auctores Festus, Gellius & Macrobius. Agere cū patribus, est ad Senatū referre. Comitii autem centuriatis maiores fiebant magistratus, quorum erant maiora auspicia, ut cōsules, prætores, censores: minores curiatis. auctor Gellius lib. xii. Huius differentię meminit Cicero pro lege Agraria, qui etiam in secūda Philippica, Ecce (inquit) Dolobellæ comitiorum dies: sortitio prærogatiuæ quiescit: renunciatur, tacet: prima classis vocatur: renunciatur. deinde (ut assolet) suffragia, tum secūda classis vocatur. quæ omnia citius facta sunt quàm dixi. Classes à Seruio Tullio rege institutas auctor est Liuius pro modo cēsus ciuium Romanorum (quare à Græcis *κλήματα* vocantur. Aristoteles *πρώτον τίμημα, δεύτερον τέλειον*; dicit in Politicis.) ita ut prima classis primū octoginta centuriarum fuerit, ex iis cōstans qui in censu centum M. æris aut eo amplius habebāt, permixtim ex senioribus & iunioribus: reliquæ ex minoribus deinceps censibus vsque ad quintam classem. Idem Liuius, Hæc omnia (inquit) à pauperibus in diuites inclinata onera: deinde est honos additus. Non enim ut ab Romulo traditum cæteri seruauerant reges, viritim suffragium eadem vi eodemque iure promiscue omnibus datum est: sed gradus facti, ut neque exclusus quisquā suffragio videretur, & ius omne penes primores ciuitatis esset. equites enim vocabantur primi: octoginta inde primæ classis centuriæ peditum vocabantur: ibi si variaret (quod raro incidebat) ut secundæ classis vocarentur: nec fere vnquam infrā descenderent, ut ad infimas peruenirent. Hac constitutione Centuriæ primæ classis erant prærogatiuæ, sed forte non ducebantur. Hæc ratio postea immutata est multiplicato populo, ut idem ipse auctor est. Prima classis semper prima rogabatur: sed prærogatiuæ centuriæ sortitò ducebantur, ut ex Cicerone intelligitur loco suprà citato. Ex eo instituto verba apud Latinos ducta, In sua classe manere, id est *ἑν τῇ χώρῃ μένειν, ἐμμένειν τῇ τάξει τῇ αὐτῇ, στέξει τῇ τάξει, τὸ ἐαυτοῦ μέρους ἐν ἑαυτοῦ τάξει*. & quintæ classis homines, id est infimæ notæ. Cicero in Academicis, de Democrito loquens, Quis hunc philosophum non anteponat Cleanthi, Chrysippo, reliquisq; inferioris ætatis: qui mihi cum illo comparati, quintæ classis videtur. Et in classes numerum aliquem & hominum multitudinem tribuere;

Prærogatiuæ centuriæ.

Magister populi.
Agere cum populo.

Agere cum patribus.

Classes.

Centuriæ prærogatiuæ.

Quintæ classis.

Prærogati-
ua.

id est *καταλογίζειν*, vt in classes discipulorum Fabio. Inde prærogatiua vocabu-
lum varie vsitatum. Cicero in Verrem act. prima, Hic Metellus quàm isti sit
amicus, attendite. dedit enim prærogatiuâ suâ voluntatis eiusmodi, vt isti pro
prærogatiua eâ reddidisse videatur. Locus est Ciceronis à dilogia ductus, id est
ab ambigua significatione prærogatiuæ, ac si diceret, Dedit enim præiudiciũ
suum pro precio à Verre dato ad redimēda prærogatiuarum tribuum suffra-
gia, quibus consul Metellus erat factus. Sequitur enim, An me taciturũ tãtis
de rebus existimauistis? Prærogatiua in superiore loco pro præiudicio suffra-
giario ponitur: at in posteriore est nomen adiectiuũ: subintelligitur enim cen-
turia. Interdum autẽ prærogatiua pro auctoritate eius ponitur qui prior cen-
set, vt apud Liuium in tertio, Ne prærogatiuâ militarem vrba comitia se-
querentur. Alibi, Quin prærogatiuam militarem, qua extemplo iuuenis An-
nibal intra prætorium delatus erat, fauor plebis sequebatur. Vnde tractũ vt
prærogatiua eminentiam significet, & *πλεονέκτημα*: vt in cap. Obseruare, De
offic. procōf. Cicero in orat. de reditu suo ad Senatũ, Quo die (inquit) P. Len-
tulus nos comitiis centuriatis, quæ maxime maiores iusta dici haberiq; volue-
runt, accersuit in patriam, vt eadem Centuriæ quæ me consulem fecerant,
consulatum meũ cōprobarent. qua die quis ciuis fuit, qui non nefas esse pu-
taret, quacunque aut ætate aut valetudine esset, non de salute mea sententiam
ferre? quando vlla dignitate tot rogatores, diribitores, custodesq; vidistis? Ex
quibus verbis liquet obseruatores in comitiis adhiberi solitos, ne quid frau-
dis admitteretur & ambitus, circũspectātes. Sepe enim eueniebat vt tributim
pecuniæ diuiderentur à candidatis ad aucupanda suffragia egentiuũ: quam ob
causam redemptores huiuscemodi operis perficiendi, quiq; precio corrup-
penda plebis suffragia suscipiebant, diuifores vocabantur: vt apud Tranquil-
lũ in Augusto, Octavius (inquit) pater à principio ætatis & re & existimatio-
ne magna fuit: vt equidem mirer hunc quoque à nonnullis argentarium, at-
que etiam inter diuifores operasq; campestres proditũ. Inde illud Ciceronis
in secundo de Orat. Etiam interpretatio nominis habet acumen, cum ad ridi-
culum cōuertas quamobrem ita quis vocetur: vt ego nuper Nummiũ Diui-
forẽ vt Neoptoleum ad Troiam, sic illum in campo Martio nomen inue-
nisse. quibus verbis significat Nummum ob diuisionum ministerium quas
in campo facitabat, diuiforem cognomento dictum. Et ad Atticum, Consul
autem ille deterioris histrionis similis, suscepisse negotium comitiorum dici-
tur, & diuifores habere. Et paulo pōst, Noui est in lege hoc, vt qui nummos
in tribus pronunciauerit, si non dederit, impune sit: sin dederit, vt quoad vi-
uat, singulis tribubus sest. cccxxxv. debeat. Pronũciare in tribus nummos, si-
gnificat aperte polliceri in singulas tribus certam nummorũ summam. Hos
diuifores Plautus curiæ magistrōs vocat: quia curiæ etiam tribus appellaban-
tur: vnde comitia curiata dicta, & leges curiata, à centuriatis differentes eò,
quòd suffragia curiatim non centuriatim ferebantur, vt in illis. Sunt qui diri-
bitores à Cicerone dictos putent diuifores, in loco superius citato: quod mi-
hi non videtur. Idem Cicero pro Plancio, de lege ambitus loquens, Decuria-
tio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione deuincta, seueritatem se-
natus

Pronunciare
nummos.

natus, bonorum omnium vim ac dolorem excitauerunt. Hæc doce, hæc profer, huc incube Laterensis: decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestré fuisse, pronunciasse, diuississe. Hactenus Cicero. Huiusmodi diuifores interdū in creationibus pontificum & cœnobiarcharum interueniunt, huiusq; modi fodalium decuriationes fiunt, & per sequestres sacerdotiorum palam cautiones expediuntur. Mancipes & conductores res transigendas perficiendâsq; suscipiunt. Cum interim cupiditas humana sacrosancti paracleti auspiciis dinundinationes factitans, inexprabilius commerciis cōscelerare sanctissimos ritus nō vereatur ab antiquis institutos. Nec verò aliam ob causam, vt credibile est, palladium ecclesiæ Frâcicæ vt extorqueretur, nō pridem effectum est. Sic enim appellare placet inclytam illam, Franciæq; peculiarem sanctionem, maiorum nostrorum virtute atque innocentia partam: quam vnus aut alter fortasse hostibus eius proditam, trās Alpes deportantes, præsentis calamitatis telam flagitiosissima cupiditate iam inde exorsi sunt. Quis enim non præuidebat, insigni aliqua clade nostra expiatum iri vnus aut alterius fortasse perditissimam ambitionem? tametsi quæ subsecuta sunt in detexenda tela decennio continuo, eiusmodi sunt, vt insigne illud scelus maioribus deinceps, illiq; consentaneis cumulatam, ad extremum obrutum sit & sepultum grandi malorum Iliade. Cuius qui Paris fuit, si vt in lucē editus est, subinde elatus fuisset, cum nomine utiq; nunc Francico præclarius ageretur: nec principis multifaria ac copiosa naturæ munificētia præditi ac beati conspectum & fructū res publica nunc orba destitutâq; desideraret. Qui alienæ ipse ambitionis, avaritiæ, crudelitatis, iandiu poenas pepēdit: pendētq; quādiu Prouidentiae complacitum fuerit: eam vnā ob causam præcipuē (quantum quidem ego sentio) quod non sibi, sed paucissimis, sed vni & alteri (& sic quoque nimis dico fortasse) maiestatem suam vt assereret, inuitus quidem ille, vt videbam, sed tamen nescio quo fato (vt sunt humana) fecit: vir ad omnia summa natus, dignusque qui suæ naturæ magis quàm hiantibus paucissimorum cupiditatibus indulgeret. Verum vt in præteritum beneficentissimi principis casui lachrymas luctumque viri boni: sic in futurum preces votâque debere mihi videntur. Ius enim vtroque versus integrum est Prouidentiae, si preces obsecratis populi valuerint: qui suoapte ingenio caput ac fortunas deuouere solitus est pro salute principis: & quod hactenus malè & incōmodè, dira nonnullorum cupiditate importunâque cecidit, diuinæ prouidentiae benignitate non modò in integrum restituatur, sed etiam ita vertat, vt sic quoq; bene & commodè cessisse regia ipsa prædicet, & regnū gratuletur. Vt ad rem redeamus: olim comitia ita in populi potestate fuerunt, vt tamē senatus auctor in futurum exitum campi fieret. Liuius libro primo, Patres (inquit) offerendum vltro rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, summa potestate populo permessa, vt non plus darent iuris quàm retinerent. decreuerūt enim vt cum populus regem iussisset: id sic ratum esset, si patres auctores fierent. Hodieq; priusquam populus suffragium ineat: in incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt. Quod tamen Ciceronis verba desisse fieri significare videntur, in oratione pro Plancio, Nūc (inquit) tantum disputo de iure popu-

Palladium
Franciæ.

ἀνίπτετο
τὸ βασιλεῖος
ἀρχιμαλῶσιον

Tēpus Cæ-
sar̃is Dicta-
toris.

Candidati
Cæsar̃is.

li, qui potest & solet nōnunquam dignos præterire: nec si à populo præteri-
tus est quem non oportuit, à iudicibus condemnandus est qui præteritus nō
est. Nam si ita esset (quod patres apud maiores nostros tenere non potuerūt)
vt reprehenses essent comitiorum, id haberent iudices quod multo minus
esset ferendum: tum enim magistratum non gerebat is qui ceperat, si patres
auctores non essent facti. Hic comitiorum Romanorum status fuit vsque ad
Cæsarē Dictatorē: quæ comitia frequentabantur in campo Martio, vt Athe-
nis in eo loco qui πύξ dicebatur, arci proximus: vbi ἀρχιερατα fiebant creādis
magistratibus. Is Cæsar cum rempublicam oppressisset, comitia cum populo
partitus est, vt auctor est Suetonius, ita vt exceptis cōsulatus competitoribus
de cætero numero cādicatorum, pro parte dimidia quos populus vellet pro-
nunciarentur: pro parte altera quos ipse dedisset. & edebat per libellos circū
tribus missos scriptura breui: Cæsar Dictator illi tribui: Commendo vobis il-
lum & illum: vt vestro suffragio suam dignitatem teneant. Cæsari successit
Augustus: qui legem ambitus ab integro sanxit, vt etiam legem Iuliam de
adulteriis. De quo idem auctor, Comitiorum quoque pristinum morem re-
duxit: ac multiplici pœna coercito ambitu, Fabianis & Scaptiensibus tribuli-
bus suis, die comitiorum, ne quid à quoquam candidato desideraret, singula
millia nūmūm à se diuidebat. Et in Vespasiano, de eius auaritia loquens, Ne
candidatis quidem honores, reīve tam innoxiiis quàm nocētibus absolutio-
nes venditare cunctatus est. Candidati autem Cæsaris dicebantur, quos prin-
ceps populo commendabat. Idem in Augusto, Quoties magistratuum comi-
tiis interesset, tribus cum candidatis suis circuibat, supplicabatque more solē-
ni: ferebat & ipse suffragium in tribus, vt vnus è populo. Quintilianus libro
sexto, de risu loquens, Iungitur amphiboliæ similitudo: vt à Galba, qui pi-
lam negligenter petenti, Sic (inquit) petis tanquam Cæsaris candidatus. Nam
illud petis, ambiguum est: securitas similis. cuius ioci sensus est, Tu pilam pe-
tis in lusu tam neglectim, quàm solent honores petere Cæsaris cādicatori: qui-
bus non magnopere supplicare necesse est ob principis commendationē. Ho-
die candidati principis in creatione pontificum ii sunt, quibus princeps literis
suis & nunciis fauet, interdum vltra modum. Verba igitur Modestini hoc in
loco ita intelligo, nō vt ambitus legem Romæ abrogatam esse dicat, sed am-
bitus iudicium exerceri desisse: quia populus honores mandare desierat sub
principibus iam tyrannis, aut ad regum similitudinem omnia arbitratu suo
administrantibus, omnibus propemodum vestigiis antiquæ reipublicæ subla-
tis. Sic Iuuenalis de popu. Ro. nam qui dabat olim Imperium, fasces, legio-
nes, omnia: nunc se Continet, atq; duas tantūm res anxius optat, Pannum &
Circenses. de tempore Domitiani loquens: de quo loquēs Fabius libro sex-
to, ita inquit in mentione orationis pro Murena, Hoc genus (inquit) nostris
temporibus totum penē sublatum est: cum omnia tutelæ curæque vnus in-
nixa periclitari nullo iudicii exitu possint. quibus verbis assentabundē hoc si-
gnificat, id quod Cicero præcipuē persuadere conabatur, è republica esse, vt
consules designati consulatum inirent (erat enim Murena cōsul designatus)
alioqui periculum imminere reipublicæ. Id, inquit Quintilianus, nūc accide-
re non

re non potest: vt periculū scilicet reipublicæ imminere dicat patronus, si consul antequam in eam magistratum, damnetur: cum respublica orba esse nō possit sub Domitiano principe, à quo vno commodè regebatur, vt ipse dicebat, etiam vt consules nulli essent. Modestinus circa principatū Alexandri scripsit: qui (vt inquit Lampridius) honorē ius gladii habentem nunquam vendi passus est, hoc dicitans, Necessē est vt qui emit, etiam vēdat. Erubescerem, inquit, eum punire, qui emit & vendidit. Pontificatus autem, quindecim iuratus, auguratusque, codicillares fecit, ita vt in senatu allegerentur. Codicillares, inquit, fecit: hoc est muneris sui fecit. diplomatibus enim datis sacerdotia conferebat: quæ Accursius seculares potestates fuisse dicit, ignorans utiq; tēpora Iurisconsultorum non agnouisse veram & rectam pietatis opinionem, aut sacerdotia etiam Romæ fuisse ante peruulgatam Christi religionē. Ambitus à senatu aliquando comprobati, vt bonis moribus conuenientis, exemplum est apud Suetoniū in Cæsare, E duobus (inquit) cōsulatus competitoribus, L. Luceio, Marcōq; Bibulo, Luceium Cæsar sibi iūxit: pactus vt is, quoniam inferior gratia esset, pecuniāque polleret, nummos de suo cōmuni nomine pronunciaret. Qua cognita re optimates, quos metus ceperat nihil nō ausurum eum in summo magistratu concordī & consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem è republica fieri. Igitur cum Bibulo consul creatus est. Ambitio *ἐλαρχία, ἀσπασρχία, ἐλοζιμία* dicitur, ambitus verò *ὄχλων δεξιότης*. Ambire *ἀσπασρχῆν, παρχήλειν, μνᾶσθαι, ἀρχαιρεσιάζειν, δεξιᾶσθαι. σπασρχοεισιάζοντες* dicuntur qui candidatos, id est *ὅν παρχήλοντας τοὺς ἀρχας* comitantur, *αὐτοὶ συνεκποδίζοντες*.

Exemplum memorabile

IN cap. Ab accusatione, Ad senatuscōsul. Turpilianum: Nunciatores qui per notoria iudicia produnt, notoriis suis assistere iubentur.) Accursius iudicia legit, & accusationes iudiciales interpretatur: nūncque assistere, nunc ab assistere legit, astipulante Bartolo. Ego indicia, id est *μινύματα* lego: hoc est qui delationes per indicia faciunt. Notoria sunt quorum fit mentio in lege, Ea Notoria, quidem, Cod. De accusationibus. qua in lege ego locum corruptum esse censeo: vbi enim legitur, Verum si falsis nec notoriis insimulatus, id est accusatus sit: perpēso iudicio dispici debet. ego ita legēdum puto, Verū falsis nec nec notoriis insimulatus sit, perpenso. & reliqua. nam illud, id est accusatus, spurium est, ex margine additum. Sēsus est autem hoc in loco, Nunciatores qui reos deferūt per notoria, licet citra calumniæ metum accusent, debere tamen assistere suis iudiciis, eaque tueri notoria quæ attulerūt, interim dum quæstio de crimine habetur. Notoria autem testificationum genus esse intelligo. Indicium autem prodere, est rem arcanam in medium afferre, sed aliunde compertam, non autem ex criminis conscientia: licet propriè indices sint criminis consortes, vt superius diximus. Hoc genus *μινυτῶν*, id est indicum, hic intelligi puto, qui à Græcis *περχήλαις* dicuntur, & *περχωγῆς*, & *ᾠτακταί*: hoc est emissarii & auscultatores: tyrānorum olim inuentum: de quibus Plutarchus in lib. *πρὸς τοὺς ἀκούοντας* ita inquit, Atqui tyrannos quibus omnia nosse necesse est, id genus hominum odiosissimos facit, quos aures & emissarios vocant. & *τῶν ἀκ*

Indiciū prodere.

γούλων ὅτων καὶ περιστάσεων ἕως. Auscultatores, id est ἀπαγγελῆς primus habuit Darius iunior rebus suis diffidens, omniâque suspectans & metuens. At emissarios Dionysii tyranni Syracusiis permixtos habuerunt. Verum Plutarchus tyrannicum ministerium notauit. Papinianus de legitimo ciuiliq; munere, ac bonis moribus tuendis accommodato locutus est : quod genus (vt opinor) arcanis sceleribus inquirendis & efferendis institutum erat, vt crimina publice innotescerent. Nunciare verbū in huiusmodi rebus accommodatū est antiquorum vsu: vnde nūciatio augurū erat & obnūciatio, quæ fiebat ad comitia dirimenda inauspicatō coacta: cuius verbi strictim alio loco memini.

Nunciare.

IN tract. De quæstio. In criminibus seruandis quæstio adhiberi solet.) Legendum scrutandis: licet aliter legat Accursius. Scrutari crimina, est argumēta sceleris inquirere & vestigare. Cicero de iis loquēs in Partitionibus, Immo verò argumenta scrutabimur, & quæremus ex omnibus locis: sed adhibebimus iudiciū. Asinius Pollio ad Ciceronem, In saltu Castulonensi dispositi ab vtraque parte scrutantur tabellarios & retinent. id est in anacrisi facienda (de qua superius diximus) quæstio adhiberi solet. Et paulò inferius, Cum aliis argumentis reus ita probationi amouetur, vt sola seruorū confessio deesse videatur. Ita legit Accursius, & absurdissimè interpretatur. Ipse verò admouetur legēdū esse nō dubiè cēseo. Est enim admouere probationi, ita cōpellere reū argumentis, vt penè conuictus videatur. Admouere est proximè adiungere: & admotum dicitur, quod cōtingit id cui applicatur. παραβάλλομεν. Cicero, Ad neruorum eliciendos sonos apta manus est admotione digitorum.

Scrutari crimina.

Admouere. Admotum.

Aqua & igni interdicere.

IN tract. De pœnis, cap. ii. Quoniā hic fit mētio aquæ & ignis interdictio- nis, adnotanda hic Festi verba esse duximus. Aqua (inquit) dicitur à qua iuuamur. Aqua autem & igni tam interdici solet damnatis, quàm accipiūt nouæ nuptæ: videlicet quia hæ duæ res humanam vitam maximè cōtinent. Itaque funus profecuti ignem supergrediebantur aqua aspersi: quod purgationis genus appellabant suffitionem. Laetantius libro secundo Insti. diui. de aqua & igni loquens, tāquam duobus principiis: Alterum enim (inquit) quasi masculinum elementum est, alterum quasi fœmininum: alterum actiuum, alterum patibile. Ideoque à veteribus institutum est, vt sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera fanciautur: quod fœtus animantium calore & humore corporentur, atque aimentur ad vitam. Quum enim constet omne animal ex anima & corpore: materia corporis in humore est, animæ in calore. Quod ex auium fœtibus datur sciri: quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor fouerit: nec humor potest corporari, nec corpus animari. Exulibus quoque aqua & igni interdici solebat: adhuc enim videbatur nefas, quāuis malos, tamē homines, supplicio capitis afficere. Interdicto igitur earū rerum vsu quibus vita constat hominum, perinde habebatur, ac si esset qui eam sententiam acceperat, morte mulctatus: ad eò ista elementa prima sunt habita, vt nec ortum hominis, nec sine his vitam crediderint posse constare. Horum alterum nobis commune est cum cæteris animantibus, alterū soli homini datum. nos enim quoniam cœleste atque immortale animal sumus, igne vtimur: qui nobis in argumentum immortalitatis datus est: quoniam ignis è cœlo est. cuius natura

tura quoniam mobilis est, & fursum nititur, vitæ cōtinet rationem. Cicero in oratione pro domo sua ad pontifices, Qui erant rerum capitalium damnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vertēdi hoc est mutādi soli causa venerant. id autem vt esset faciendum, nō ademptione ciuitatis, sed testi & aquæ & ignis interdictione faciebāt. Id autē mihi sumptū videtur à Romanis ex lege Atheniensium, cuius Demosthenes meminit *ὁ δὲ πρὸς ἀπὸ τῶν*, his verbis: In legibus (inquit) quæ de cædibus latæ sunt, Draco, quò terrible atque atrox quàm maximè videretur hominem alterū altērius interemptorem esse, statuit ipse hominem homicidam aqua ablutoria, libationibus, crateribus, sacris & foro arceri. *χρὴν ἱερῶν ἀρχαῖς ἐν ἀνδροφόνῳ, αὐτῶν δὲ, χρὴ τῶν, ἱερῶν, ἀρχαῖς*. Herodotus in octauo, de trecentis loquēs qui cū Leonida occubuerāt cōtra Persas pugnātes, vno excepto Aristodemo, q̄ pugnæ se subduxerat: Quum autē (inquit ille) Aristodemus Lacedæmona rediisset, probris est affectus, atque ignominia huiusmodi. nullus enim ei Spartanorū ignem accēdebat: nullus colloquium communicabat. *ἔπε οἱ πῦρ ἔδεδῃς ἐν αὐτῷ, ἀπὸ τῶν, ἔπε διέλεχεν*. Ad hunc morem autem referri, aut alludere aliquantum videtur illud vaticinium Threnorū cap. quinto, cum voce plebeia lamentabūdus, Aquam (inquit) nostrā pecunia bibimus: ligna nostra precio comparauimus. Aquam enim & ignem defuisse conqueritur, tanquam ad vitam maximè necessaria. Quod contra sacerdotes dictum esse videtur: quos in æde sacra nundinas exercere nō pudet, igneæque spiritus sacramenta vēditare: cum egenteis & siticulosos ad aquas nō admittāt, nisi eas liceātur. Cæsar in cōmē. sexto bel. Gal. de Druidis loquens ita scribit, Si quis aut priuatus aut publicus eorum decreto non stetit: sacrificiis interdicitur. hæc pœna apud eos est grauissima. quibus est interdictum, ii numero impiorum ac sceleratorum habentur: iis omnes decedunt, aditum sermonemque defugiunt, ne quid ex cōtagione incommodi accipiant: neque iis petentibus ius redditur, neque locus vllus communicatur. His omnes decedunt, Græco more dixit: *τῶν ἐκ τῶν*. Hi apud Hebræos aposynagogi dicebantur: quasi synagoga exacti & extorres: quod vt opinor, ab ignis interdictione, torrīsq; communione ductum est vocabulum potius, quàm à terra, etiam si exul à solo est. Liuius, Extorrem vrbe, domo, penatibus, foro, congressu æqualium. Hos nunc excommunicatos vocamus: quibus scilicet humanitatis iura vicissitudinēque officiorum vetamur exhibere. At quos maiore execratione mulctandos ecclesiastica auctoritas censuit, anathemata appellant, ex eo quòd in cippis exposita est eorum detestatio & proscripta. Antiqui sacros homines sic vocitabant, quasi execrandos & detestandos. vnde sacra fames Virgilio: & sacer atque intestabilis Horatio, è xii. tabulis sumptum vocabulum: quod more Gallorum Seruius translatitium esse ait. Nam cum Massilienses peste laborarent, vnus se ex egentibus offerre solebat annum integrum alendū publicis cibus & purioribus. Postea verbenis vestibūsq; sacris ornatus circūducebatur per vrbe cum execrationibus: precabantur enim vt in eum omnia mala ciuitatis incumberent & inciderent: sicq; proiiciebatur. Plautus in Bacchid. Mén' criminatus est? optimè est: ego sum malus: ego sum sacer,

Aposynagogi.
Extorres.

Anathema.
Sacer homo

scelestus. Macrobius libro tertio Saturnalium, Hoc loco (inquit) nō alienum videtur de conditione eorum hominum referre, quos leges diis sacros esse iubent: quia non ignoro quibusdam mirum videri, quod cum cætera sacra violari nefas sit, hominem sacrum ius fuerit occidi. cuius rei causa hæc est: Vesteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed abigebat ad fines deorum quibus sacrum esset: animas verò sacratorū hominum diis debitas esse existimabant. Festus, Sacer homo est quē populus iudicauit ob maleficio. Neq; fas est immolari: sed qui occidit, parricidii non damnatur. nam lege Tribunitia prima cauetur: Si quis eum qui plebiscito sacer sit, occiderit, parricidane sit. ex quo quiuis homo malus atque improbus sacer appellari solet. Inde sacratæ leges dictæ, ut ipse alibi auctor est: quibus sanctum iubetur esse alicui deorum quicquid aduersus eas fecerit, sicut familia pecuniæque. Et sacrosanctum dicitur quod iureiurando interposito est institutum, si quis id violasset, morte pœnas penderet. Inde sacrare verbū Liuius, pro deuouere, & detestabile decernere: & ita morti addicere, ut impunè occidi & violari possit. Lex de prouocatione (inquit) aduersus magistratus, ad populū lata: sacratōq; cū bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inisset. Huc pertinet quod de sacrosancto vocabulo in superioribus dictum est. Sacros homines, id est detestandos & execrabiles, Græci multis nominibus appellant: *ἐναγῆς, ἱεράγῆς, μίανος, ἐπαράγῆς, φαρμακῆς, & καθάρματα*. Aristophanes in Pluto, *χρύζην δὲ καὶ πολλὰ τὴν δὲ καθάρματα, ἐπ' αὐτοφώρῳ δεινὰ δρῶντ' εἰλημμένω*. Erāt enim Catharmata, homines qui peste expianda aliōve quo morbo immolabantur diis: qui ritus expiationis (inquit interpres) à Romanis vsurpabatur. Hoc verbo Demosthenes contra Median vitur, & contra Aeschinem. Sic Comici scelus pro scelesto dicunt, atque etiam Cicero. Herodotus in Polymnia catharmon masculino genere dixit, sic appellans hominē piacularē, hoc est *ἐν ἀπορριμμένον καὶ ἐκκληρῶν*. quem sacrum esse diximus, & pro patriæ lustratione expiationēq; deuotum *καθάρμων τὸ χάρις ποιδυμένων ἀχαιῶν ἀτάμνεται ἐν αἰόλῳ*. Dicebātur & *φάρμακοι, οἱ ὡς καθάρσει τὸ πόλεως ἀπορριμμένοι, δημοσὶα φερόμενοι, καὶ καθαίροντες τὰς πόλεις τὰς ἱαυτῶν*. quorum verborum interpretatio est ea quam suprà ex Seruio scripsimus. Auctores Suidas & Eustathius, qui etiam vrbium expiatores hoc nomine vocatos esse tradit. Sacer hac ratione dici posset emissarius ille caper apud Hebræos, cuius fit mentio Leuitici cap. xvi. Diuus Paulus cap. quarto primæ ad Corinthios, *ὡς καθάρματα τῷ κόσμῳ ἐχρήθημεν, πάντων πόρισμα ὡς ἐγώ*, hoc vocabulo vsus est eleganter: qui locus non intellectus est ab iis interpretibus Græcè nescientibus, qui scholia scripserūt quæ in vulgatam & receptam editionem leguntur. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsēma vsque adhuc. fortasse inculpatius fuisset catharmata dicere, ut peripsēma dixit. nam ut catharma purgationē significat ad verbum, & piamētum: sic peripsēma scobem & ramentum, & quicquid limādo deteritur. Quæ significationes in eo loco Apostoli nō conueniunt. altior est enim quidā sensus verborum, nisi me fallit opinio. Ad cuius intelligentiam id iam dictis addemus, quod antiqui vrbium expiationem anniuersariam facientes, cum sacros illos homines aluerant, in victimarum morem redimitos ex loco præcipiti

piti in mare deiciebant, Neptuno immolantes : intèrque deiciendum solennia verba effari solebant, *πρόψμα ἡμῶν ᾖ* : sis pro nobis peripsēma : ac si dixissent, Sis pro nobis piaculum : esto luitio nostra, & seruatrix vr̄bis victima. id quod Suidas adnotauit. Sententia igitur Pauli est hæc, Nos tanquam piacula mundi facti sumus, & succidaneæ pro populo victimæ : ac si diceret, nō minus apud gētiū vulgus detestabiles, quā illi qui diris execrationibus onerati atq; obruti, pro salute publica abiici olim solebāt. Quæ sententia congruit iis quæ præcedūt. Peripsēma enim etiam ramenta vestigiorum significat, quæ vt fordidā abiiciuntur. Mallem igitur Græcis verbis vti vtrobique hoc modo, Tanquam catharmata mundi facti sumus & peripsēma ad hunc diem, licet Curtius Latina voce purgamentum dixerit libro septimo, Ages quidam Argiū pessimorum carminum post Chœrilum conditor, & ex Sicilia Cleo, & cætera vr̄bium suarum purgamenta. Et libro nono, Prohibuere igitur exules finibus, omnia potius toleraturi, quā purgamenta quondam vr̄bis suæ, tūc etiam exilii, admitterēt. Hæc & alia huiuscemodi scribēs, iis legibus me soluo, quas auctoritate fermē dictatoria in nos sanciunt homines felicius literis initiati : qui cum ipsi verborum Græcorū vsū quasi nomismatis in Latio abrogati atq; illocabilis, scribentibus interdixerunt, Romanæ eloquentiæ vindices esse sibi videntur, scribendiq; disciplinæ constitutores imperitorum licentia contemneratæ. Horum vnus nuper, non quiuis ille quidem, sed musarum Græcarū Latinarūq; alumnus, gratiarum etiam credo afflatu suauissq; beatus, tum elegantiam redolens germanam atque Ciceronianam, Germanos Gallōsq; eam ob noxam obiter ignominia aspersit, quod Græca Latinis permiscerent : nec eo contentus, etiam licentiam nimiam scribendi, grauitate censoria, quasiq; pro potestate castigasse dicitur : ille verò ad Ciceroniana præscripta, suaq; Ciceronianis non cedentia, docilem ætatē naturāque reuocasse. Quem etsi virum ipsum magnum aliorum iudicio esse puto, suo etiam ipsius atque meo multo omnium nostræ memoriæ maximum esse nō inuitus fateor, & libenter agnosco : tamē audebo bona hominis venia (vt spero) respondere, Ciceronem epistolas suas permultas, easque elaboratas, Græcis verbis sententiisq; distinxisse : in libris etiam oratoriis atque philosophicis, in quibus linguam Latinam locupletare præcipuē concupiuit, post vocabula Latina, Græca quoque ipsa substituere solitum : nimirum ne nō satis à lectoribus perciperetur quod intelligi volebat, simul vt verē & rectē Græca Latinis se reddidisse fidē faceret. Equidem quod ad me pertinet, nihil nec commodius nec expeditius esse censeo, iis quidē quibus eius admissi conscientia incessit & religio, quā tanto viro monēti æquo animo auscultare, quem ego Ciceronis similem esse in quibusdam audio : in eo etiam simillimū. quod nihil libentius facit, quā vt in laudibus suis longē latēque quasiq; suo iure expatietur. Audire id tantum à me obsecro, si id ad me priuatim attinet, lectores non grauentur : in iis quæ antea ipse scripsi, præsertim in libris quinque de Assē, in animum me inducere nō potuisse cum scriberem, eorum quæ à Græcis mutuabar, auctoritatem Latinis fidēque me probaturum, nisi verba quoq; ipsa vnā laudarem cum auctoribus. Multorum enim culpa factum esse sciebam, qui Græca sermone

Latino confidētius scriptitant, vt translationum fides magnopere auctoritāſque nunc labefactata ſit. Nuper auctoris Græci priſca in primis auctoritāte pollentis libri ſatis multi verſi ſunt. Horum vnum nuper cum aliis eiſdem (vt opinor) fidei editum admonitus ab homine vtraque lingua erudito, cum legiſſem, admiratus ſum interpretis ignorātiā ne dicam an potius ſecuritatē nimiam, qui huic ætati, huic iuuenum ſtudio & contentioni fucum verborum fiducia, impoſturāque facere diutius ſe ſperauit : id quod ipſum reprehendenſorem noſtrum animaduertere etiam atque etiam operæ erit preciū, quatenus ad ipſum ad mēque pertineat. Quasi verò id tantū in huiusmodi ſcriptis referat, quā Latinè loquamur, & quā honeſtè: non etiam quā verè, quā conſentaneè, quāque ex auctoris ipſius qui vertitur, ſententia. Sed iam nimis multa de re quæ ſilentio refutari non incommodiſſimè poterat: id modò non ignoraretur, prudentes nos ſcientēſque ſilentio tranſmiſiſſe quod tamen ad futura conteſtatum eſſe haberiſque volumus.

Ludus venatorius. IN eodem De pœnis, cap. Aut damnūſ. Quicunque. In hoc enim diſtant à cæteris, quòd inſtituuntur venatores aut puricarii aut aliam quam voluntatem, geſticulandi vel aliter ſe mouēdi gratia.) Legēdum, purricarii vel pyrrhicharii, aut in aliam quam voluptatem. Venatores autem ſerui inſtituebantur, id eſt docebantur, non ad feras per ſaltus indagandas, vt Accuſius exiſtimauit: ſed ad voluptatem populi, vt in oculis eiſ feras in arena conficerent. Vt enim ludus erat gladiatorius, id eſt ſchola in qua ad gladiaturam inſtituebantur: ſic venatorius ludus, in quo ad venationem beſtiarii exercebantur. Tranquillus in Claud. Circenſes frequenter commiſit in Vaticano, nonnunquam interiecta per quinos miſſus venatione. Idem in Domiti. Spectacula magnifica aſſiduè & ſumptuoſa edidit. nam venationes gladiatorēſque & noctibus ad lychnos: nec virorum modò pugnas, ſed & fœminarum. Cicero in ſecūdo Officiorum, Prodigia ſunt qui epulis & viſcerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum venationūque apparatu pecunias profundunt. In ludū igitur venatorium damnare reos, eſt in exercitacionem feras in theatro conficiēdi damnatos addicere. Scholam enim omnem Romani ludum appellauere, vt inquit Pedianus. Quin & ludi appellatione gladiaturam intelligimus. Fabius in octauo, de Noemate loquens, Hoc nomine (inquit) donarunt ea quæ non dicunt, verum intelligi volunt: vt in eum quem ſæpius à ludo redemerat ſoror, agentem cum ea talionis, quòd ei pollicem dormiēti recidiſſet: Eras dignus vt haberes integram manū. ſic enim auditur, vt depugnare. A ludo redimere Quintilianus pro à lanista emere dixit, ne vltrà gladiator eſſet iuitus. **Ludus.** Qui autem inuiti ſic inſtituebantur in venatione, ad beſtias damnati dicebantur: quæ pœna longè mitior eſt quā beſtiis obiectorum, qui protinus laniabantur à feris. Hos beſtiis ſubiectos Iuriſconſulti vocant: vt in cap. Pœna, ſuprà Ad legem Pompeiam, & in l. Eiufdē, in fine, ſuprà Ad legem Cornel. de ſicariis. Hanc differentiam ſi diligenter animaduertamus, in Pandectis ſæpe eſt inuenire: vt in cap. Qui vltimo. & in cap. Ad beſtias, infrà hoc eodem tractatu. Cicero pro Roſcio Amerino, de pœna parricidii loquēs, Noluerūt maiores corpus feris obicere: ne beſtiis quoque quæ tantum ſcelus attigiffent, immanioribus

Ad beſtias
damnari, &
beſtiis obij-
ci, & beſtijs
ſubijci.

manioribus vterentur. Spartianus in Caracal. Si quando feris obiectos vidit, ^{Feris ob-} fleuit, aut oculos auertit: quod populo perquam amabile fuit. Tacitus libro ^{iecti.} decimo septimo, Captus i eo prelio Mariccus, ac mox feris obiectus, quia nō laniabatur, stolidum vulgus inuiolabilem credebatur, donec spectante Vitellio interfectus est. Principes autem violentiores, liberos homines & infantes vi interdum cōgebant cum bestiis pugnare: interdum homines nobiles, precio ad id allicientes, aut alio prēmio. Tranquillus in Nerone, Exhibuit autem ad ferrum etiam quadringentos senatores, sexcentosq; equites Romanos, & quosdam fortunæ atque existimationis integræ ex iisdem ordinibus, confectorēque ferarum, & varia arenæ ministeria. indeque illud Satyricum in oīa. quanti sua funera vendant Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone. Hi sunt qui notantur infamia in cap. secūdo circa finem, suprā De iis qui notantur infamia. Illam differentiam damnatorū ad bestias, & feris obiectendorum, Accursium non intellexisse, ex glossmate eius liquet in cap. Qui ultimo, inferius: & in cap. Ad bestias. cuius capitis est hic sensus, Eos qui ad bestias damnati sunt, præsidentem pœnæ eximere ad clamorem plebis non debere. si tamen eos videat eo corporis animiq; robore præditos, ut inter athletas prodire possint, aut in aliud spectaculum honestius, debere eum ad principem referre, ut eius arbitratu aliud quid de iis statuatur. Enimuero pyrrhicharii, siue purricharii antiquo more legere placet, à Græcis πυρρικήαι dicebātur: ^{Pyrrhicharii} μεθ' ὁπλῶν scilicet ὀρχήμενοι: à pyrrhicha sic dicti: quæ saltatio erat armata, ob id enoplios dicta. Pollux libro quarto ad Commodum Imperatorē, Genera (inquit) saltationum, Emmelia, quæ tragicorum est: Cordax, quæ comicorum: Cicinnis, quæ Satyrorum. Enopliæ autem, id est armatæ saltationes duæ: ^{Enopliæ saltationes, id est armatæ.} Pyrrhicha & Telestias, cognomines pyrrhichi & telestii iudicum theatricæ saltationis. Plato in septimo de legibus, Duo (inquit) saltationum honestarum genera instituit is qui inuentor saltationis fuit. Alterum bellicum, alterū pacatum: illud pyrrhichen, hoc emmeliam nuncupans: vtrunque nomine decoro atq; accōmodato. Emmelia autē à cōcinna ac decēti motione corporis appellata est. Emmeles enim à Græcis dicitur quod ad melos mouetur, quod (ut ^{Melos.} inquit Fabius in pri.) ad flexus vocis pertinet, & canorē: ut rhythmos ad verborum collocationem spectat, id est ad modulationē. Hæc genera idem Plato ^{πυρρικήαι} id est studiosa feriāq; vocat & cōmēdabilia. Serii autē (inquit) generis ea species quæ corpus bene constitutum, animamq; virilem & strenuam violentis laboribus implicat, bellica rectē vocetur. qua verò secundis in rebus voluptatibusq; temperatis vtitur anima moderatione prædita, eam pacatā si dixeris, consentaneo naturæ nomine appellaueris. Quam autem ea institutio exercitatioq; vtilitatem afferret, ex eodem Platone intelligere possumus, quo in loco ita inquit, Pyrrhicha est, quæ motionēs corporis imitatur, iactus iactūs- ^{Pyrrhicha.} que declinantis & vitabundi, omnifariamq; cedentis, in altum etiam subsilientis, & sese succiduo poplite demittentis. rursusq; cōtrarios his motus pyrrhicha imitatur: eos scilicet qui in habitus corporis actuosos feruntur: quales eius sunt, qui sagittarum missiliumq; iaculationes effingere motu corporis, plagarumq; & petitionum multiplicium imitamenta assequi implereq; contendit.

Orchestodi
dascalos

Plinius tamen in septimo videtur pyrrhichen ab enoplia distinguere, his ver-
bis, Saltationem armatam Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus. Tranquil-
lus, Pyrrhicham saltauerunt Asia Bithyniaq; principum liberi. Athenis so-
lennem fuisse eam saltationem, ex Lyfia apologia liquet his verbis, καὶ πανα-
θηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχρηάζοντο πύρρην χιτῶνα ἀγυαίοις καὶ ἀνάλωξεν ἐπὶ τῇ μνῆς. Intelligimus igitur
principes Romanos reos damnatos deligere ad huiusmodi theatricū
oblectamentum, quibus tanquam mancipiis utebantur publicē. Vnde spar-
tianus de Hadriano, Fabulas omnis generis more antiquo dedit in theatro: in
circo multas feras & sæpe centum leones interfecit: militares pyrrhichas po-
pulo frequenter exhibuit. Verbis autem hisce Vlpiani, aut in aliam quam vo-
luptatem gesticulādi, & reliqua, significatur quod ut gladiatores in ludo sub
lanista, sic isti serui sub orchestodidascalo, id est saltatorum magistro, vel pyr-
rhicham, vel comicam, vel satyricam saltationem, vel chironomiam doceban-
tur. De theatricis autem artificibus nos multa in superiore editione diximus.
Cæterum quod hic legitur, in hoc enim tantum distant à cæteris, quod insti-
tuuntur, legendum censeo, Hoc enim tantum distant à cæteris qui instituun-
tur. Hoc sensu, ut pyrrhicharii & venatores quidā sint liberi, quidam serui,
& ea demum sit inter eos differētia. sin quod rectē legitur, hic sensus erit, Eos
qui in venationis exercitationē, & saltationis pyrrhichariae damnati sunt: nō
ideo minus esse seruos poenæ, quā alios damnatos, etiam si liberorum more
docentur eas artes, & ad eas instituuntur.

Pragmatici.

IN capite; Moris. Solet. Solet autem ita vel viris studiosis interdici, vel
aduocatis, vel tabellionibus, siue pragmaticis.) Lego iuris studiosis, id est iuri
studentibus. Pragmatici nō sunt qui pragmaticas sanctiones scribunt, ut Ac-
cursius scribit: sed sunt iuris interpretes, ut ait Quintilianus libro tertio. qui
etiam libro duodecimo probare volens necessariam esse oratori iuris ciuili-
scientiam, Quid si fortē (inquit) peritus ille iuris non aderit? neque ego sum
nostri moris ignarus, oblitusve eorū qui velut ad arculas sedent, & tela agen-
tibus subministrant: neque idem quoq; Græcos nescio fecitasse, vnde nomē
iis pragmaticorum datum est. Pragmatici igitur erant homines quidam fo-
rensis professionis, qui causarum actores interdum iuris ignaros monebant,
iuris responsa formulasq; actionum sumministrantes, quasi admonitores po-
stici, dicendorumq; suggestores, quum ad iuris disceptationem ventum erat.
Cicero libro primo de Orat. Itaq; non ut apud Græcos infimi homines mer-
cedula adducti ministros se præbent in iudiciis oratoribus, ii qui apud illos
pragmatici vocātur: sic in nostra ciuitate. & reliqua. Inde illud Satyrici in se-
ptima, - si cōtigit aureus vnus: Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum.
Olim igitur pragmaticis forum Ro. non utebatur: postea uti cœpit, ut ex Sa-
tyrici dicto & Vlpiani loco ostenditur. Pragmaticus ad verbum negocialis
dicitur à Quintiliano. Apud Dionysiu Halicarnasseu differt à theoretico. Cæ-
terū qui cognitores olim appellabātur, non alii propemodū erant, quā qui
nunc procuratores iudiciales dicuntur. Cicero in Diuinatione, Me defensor-
em calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui,
me actorem causæ suæ esse voluerunt. Et in tert. in Ver. Cum esset Sthenius
ciuitatis

ciuitatis suæ nobilissimus, amplissima cognatione, plurimis amicitiiis, inuenire neminem Siculū potuit, qui pro se cognitor fieret? Et rursus, Cedo cui Siculo cum is reus fieret, cuius Romanus cognitor vnquā factus sit? Asconius in Diuinationē, Qui defendit (inquit) alterū in iudicio: aut patronus dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiā suā commo-
Patronus.
Aduocatus.
Procurator.
Cognitor.
 dat amico: aut procurator, si negotium suscipit: aut cognitor, si præsēntis causam nouit, & sic tuetur vt suā. Ergo cognitorē Cicero appellauit familiarissimum defensorē. Haftenus ille. Ex cuius verbis apparet alium esse patronum, & alium aduocatum. Terentius in Eunucho, Ostium obsera intus dum ego hinc transcurro ad forum: volo ego adesse hic aduocatos in turba hac. Hermogen. Iurisconsult. Falsi poena coercetur, qui ad litem instruendam aduocatione, testibus, pecuniam acceperunt. Et Martianus, Poena legis irrogatur ei qui ob instruendam aduocationem testimoniāve falsa pecuniam accepit. Liuius, Virginius sordidatus filiam secum obsoleta veste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti aduocatione in forum adducit. Cicero pro Sylla, Sed si tuus parens etiam in illa suspicione periculi sui, tamen humanitate adductus aduocationem hominis improbissimi sella curuli atque ornamentis suis & consularibus honestauit: quid est quamobrem consulares qui Catilinæ affuerunt, reprehendantur? In omnibus his exemplis aduocatio non pro coetu
Aduocatio.
 patronorum atque causidicorum, sed amicorum potius coactorum ad opem fauoremq; præstanda. Inde aduocare verbū, est ad consilium opitulationemq;
Aduocare.
 causæ præstendam amicos accersere. quippe hominum vel cōsultorū, vel auctoritate opibusq; pollentium comitatus & studium, vel reum vel actorem fauorabiliore facit: interdumq; reum noxæ eximit: interdum iuri vim affert: propter quod crimini datur in superioribus exemplis. Et apud Ciceronē pro Quintio, De fortunis omnibus Publius deturbatus est: potentes, disertis, nobiles omnes aduocandi sunt, adhibenda vis est veritati, minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur: vt iis rebus aliquādo victus & perterritus ipse cedat. Et aduocatio togatorum apud eūdem pro Cecinna. Quintilianus in. xi. de actione loquens, Incubere aduocato aduersis subselliis sedenti iam cōtumeliosum est. Apertē Quintilianus aduocatum distinxit à patrono. Aliquando tamen aduocatum pro actore accipit: vt libro quarto, Ideoq; agere aduocato quā ligatori facilius, quia & laudat sine arrogantie crimine, & aliquādo vtiliter etiam reprehendere potest. Idem, Ideo primū intuemur, litigatoris an aduocati persona sit vtendum, quoties vtrunque fieri potest. Sic Plinius in præfatione, Et quod miremur, per aduocatū defenditur. Propterea Vlpianus, Aduocatos omnes omnino accipere debemus, qui causis agēdis quoquo studio operantur. Aduocatio hodie consilium appellatur, id est cau-
Aduocatio.
 fidici & cognitores, omnesq; qui quasi tutores causæ dati sunt, cum vnus sit actor causæ. Inde aduocatio à Cicerone dicitur, quam consultationem homines Basilicani vocant. in Prætura vrba, de æde Castoris, Quò se penumero senatus cōuocetur: quò maximarū rerum quotidie aduocationes fiant. Plautus aduocatum pro teste rogato accipit in Pœnulo, Factum à vobis comiter: bonam dedistis aduocati operam mihi. cras mane, quæso, in comitio estote

- obuiam mihi. Verba sunt Agorastoclis ad testes quos aduocauerat in lenonem. antea enim dixerat, Mementote. Aduoc. Meminimus. Et aduocare verbum, est aduocatū vel testem rogare. Idem in Casina, Quem hercle ego hodie litem perdidisse gaudeo, ne me nequicquā aduocauerit. Aduocati à Græcis *παράκλητοι* dicuntur: & aduocatio *παράκλησις*. Demosthenes *πρὸς Σεφάνην, καὶ ἑμὲ. ὁμομαρτυρομενὲς οἱ ἐκ παρακλήσεως συγκαθήμενοι ἐκ ἑῶν με λέγαν.* Et *οἱ δὲ πρὸς παραπροβέας,* in principio, *αἱ δὲ τῇ παρακλήτων δέσεις καὶ ἀποδοῦναι τῇ ἰδίῳν πλειονεῖαν ἔνεκα γέγονε.* Quod de cognitore diximus, ex Cicerone planū fit pro Roscio Comædo his verbis scribente, Quid interest inter eū qui per se litigat, & qui cognitorem dat? qui per se litem cōtestatur, sibi soli petit: alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus. Itāne verò cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuū? suo nomine petiit: quod abstulit, sibi non exegit? Idem, Quod si ad Roscium nihil perueniret, quod tu à Flauio abstulisses, nisi te in suā litē dedisset cognitorem: ad te peruenire nihil debet, quod Roscius pro sua parte exegit: quia tuus cognitor nō est factus. Cognitor etiam est qui aliquem nouit, & qui homini peregrino adesse potest quasi commendator aut conciliator. Idē Cicero in Prætura urbana, Credet populus Romanus his equitibus Romanis, qui ad vos antea producti testes, istis inspectantibus ab isto ciuem Romanum, qui cognitores homines honestos daret, sublatum esse in crucem dixerunt, id est qui homines honestos Prætori daret testificaturos illum esse ciuem Romanum. Idem in vlti. in Ver. Tamē si tibi ita videretur, hoc iuris in omnes constitueres, vt qui neq; tibi notus esset, neq; cognitorem locupletem daret: quāuis ciuis Ro. esset, in crucem tolleretur. id est *γινώσκων ἀξιώπουν,* vel *ὁ συστήσονται καὶ γινώσκων ἀξιώχων.* Erant etiam inter operas forenses Legulei & Formularii, vt in superioribus diximus. Hodie omnis huiuscemodi functio duabus appellationibus continetur, causidicorum, & procuratorum, id est cognitorum, vt prisci loquebantur. Quorum sermo quatenus ad res forenses iudicialesq; pertinet, parum hodie vñtatus est: & tamen restitui bona ex parte potest ex lectione eorum auctorum qui extant & Latinè & Græcè. Inter pragmaticos fortasse adnumerari hodie possent quos sollicitatores appellant: in-
stitores quidam forenses, causarūque curatores. Pragmaticarius verò à sanctionibus pragmaticis, dictio est recentioris notæ in lege, Zenonis, De diuersis rescriptis: qualia multa vocabula Græcorum principum tempora pepere-
runt post imperium translātū. Libros verò postremos Codicis præcipuè por-
tenta verborum inuaserūt: quibus hodie in ipsis vocabula barbara planè mi-
xobarbaraq; leguntur, & proba quædam corrupta. Paraueredi, vt suprā dixi-
mus, & melloproximi, vocabula ex Latino Græcoq; sermone concreta sunt. Balluca & paragaudes planè barbara sunt. quorū balluca apud Pliniū legi-
tur lib. xxxiii. Paragaudes apud Vopiscū. Metœcus Græcū est, sed corruptū,
in lege, Certa, De iure fisci. *μέτοικοι*, metœci sunt, qui Latinè dicuntur incolæ,
qui in aliena ciuitate longæ moræ causa habitant, nec habent ius ciuitatis, nec
honores ciuiles capiunt: tributum tamen pendunt, quod metœcion dicitur.
In ea autem lege pro iis accipiuntur quos *ἀναπάσης & μενάσης* Græci vocant.
Metrocomia rectè legitur in lege vlti. De exactoribus tributorum: sed perpe-
ram

Aduocare.

Cognitor.

Legulei &
Formularij.Pragmatica-
rius.Barbara ver-
ba in tribus
libris Codi-
cis.Incolæ me-
tœci.

ram intelligitur. Sic enim est Metrocomia inter vicos, vt metropolis inter vrbes: à suisq; coloniis vt matrix agnoscitur, vt alibi adnotauimus. At Comopolis sunt vici maiores, quasi æmuli oppidorum, quo Marcus euangelista vñs est cap. pri. Eamus in proximos vicos & ciuitates. *εἰς τὰς ἐγγυμλίαις κωμοπόλεις*. Burga lingua vernacula vocat. In lege, Quidā ignauia: sub titulo De decurionibus, monazonion legitur pro monazontôn, id est qui solitudines captant: *μοναζόντων*, id est foliuagorū. *μονάζειν γὰρ & ἐρημαζειν* dicuntur qui vitam solitariam ducunt. In lege, Si quos, legedū Hypomnematographi. magistratus erat Alexandrie, vt auctor est Strabo lib. xvii. commentariorū scriptor, vt nomen indicat, cōmentās & mēte agitans ea quæ è rep. esse videtur. In tract. De excusmunerum, idraule pro hydraulæ legitur. Rectus est enim casus pluralis, cuius singularis est hydraulus. Plinius hydraulū pro organo posuit lib. ix. Delphini capiuntur hydraulifono. vnde hydraulica organa Vitruuio lib. decimo, & Tranquillo in Nerone. Sed hydraulus pro homine sic dicitur, vt choraules apud Tranquillū in Nerone. Hydraulus autē *ὑδραυλος* organū est. Sub titulo De pōderatoribus, igostatē pro zygotaten legitur. Zygotatæ sunt libripedes per vrbes constituti, qui regiis ponderibus præfecti appellantur: qualis est vnus Parisiis. Gyneciarius, *γυναικείαρος*, à gynécio barbare deductū est, sub titulo De murilegulis: vbi bastagarii & alia multa barbara sunt, aut vernacula.

IN titulo sequēti vestes oloberæ dicuntur, vel holoseræ, vel holobryzæ: vel vox est barbara. Lampridius in Alexādro, Vestes holosericas nūquam induit: subfericā nunquā donauit. Idem in Heliog. Vñs est aurea omni tunica: vñs & purpurea, & de gēmis persica. Sic obryzati nūmi, auro obryzo percussi. quod verbū corruptum est in tract. De veter. nomismatis potestate: vbi solidi ideo dicuntur, quia iusto & integro pōdere erāt percussi, nō dimidiati aut triētales: quæ ratio est vt solidus pro aureo accipiat. Idem Lápridius in Alexādro, Vestigalia publica in id contraxit, vt qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterāt, tertiā partem aurei præstaret: tuncq; primū semisses aureorū formati sunt: tum etiā cum ad tertiā partem aurei vestigal decidisset, tremisses: dicente Alexādro etiam quartarios futuros. sed cum nō potuisset per publicas necessitates, conuari eos iussit, & tremisses tātū solidosq; formari. In titulo De collegiatis, chartopratis legi debet pro chartopolis. Chartoprata *οἱ ἀρχαίται πεπρακται*: Papyropolæ nūc vocātur. Perischochoregia quid sit sub titulo De frumēto Alexādrino, alibi diximus. In lege, Litibus, De agricolis & cens. chimiliarcho ciuitatis legitur pro cimeliarcho. Et Codice, lege vltima De bonis auctoritate iud. possid. cimeliarchos legi debet: & cimeliarchion, id est *κειμηλιάρχης*. Est enim vt ab episcopus episcopion pro loco, sic cimeliarchiō locus in quo res preciosæ & in deliciis habitæ recōduntur. *κειμήλια*, inquit Eustathius, *τὰ παρ' ἡμῶν ἀκίνητα*. Lingua vernacula gabinetum appellat, cui loco qui præfectus est, cimeliarchus Græcè dicitur. In lege, Quicunq; De omni agro deserto, ad diacatochiæ vicem legitur, pro diacatoches, vel pro diacatochi. Est enim diacatoche bonorum possessio: & diacatochus bonorū possessor: vt sit sensus, Qui fundum patrimoniale excolendo fœcundum reddiderit, canonemq; agnouerit: ipsum *διακατόχης* iure iam possidere, vel *διακατόχος* loco ha-

- Mellopro-
ximi.
Μελλονύμω
φι.
Μελλοθάνω
τος.
ber. Melloproximi in lege, Peculiari, De proximis sacrorū scriniorum, sunt ii qui nondum proximatus honorem inierunt: sed iam designati sunt proximi. μελλοπρόξιμοι. Ea enim forma dicitur melloproximus qua mellonymphius, id est qui spōsus designatus est: & mellothanatus, id est capularis, quem mors proxima manet. Aristoteles in Politicis, καὶ γὰρ ἡμετέριον αὐτῶν ἀρχαὶ καὶ μέλλοντες. Et perfuncti, inquit, magistratu & designati imperium habent. In eadem lege, consensum pro cōfessu legitur: vt in lege secunda. Est enim confessus σωίστριον. Cuiusmodi permulta sunt in iis libris, quæ conuiuentia magis hoc tempore quàm adnotatione digna sunt: quāquam & nonnulla animaduertenda præterimus prudentes. Obiter enim atque digressione ista scribimus: quorum specimen vnū dabimus in tract. De fabricensibus. l. Iure prouisum. Vbi enim legitur, Vniuersi itaque veluti in corpore vnus formæ, vnus decoctionis, si ita res tulerit, respōdere cogentur. ego ita legendum censeo, Vnius decoctiones, si ita res tulerit, rependere cogentur. Est enim decoquere, creditum non reddere, ære credito fraudare, χρεοκοπεῖν. & decoctio, χρεοκοπία. vnde nouæ tabulæ χρεὼν ἀποκοπῶν dicuntur. Cicero in Antonium, Illud tamen audaciæ tuæ quòd fedisti in X I I I. ordinibus, cū esset lege Roscia certus locus decoctoribus constitutus. Plinius lib. xxi. Crocum syluestre optimum: ferere in Italia minimè expedit, ad scrupula vsque singula areis decoquētibus, id est depositum non reddentibus. Est enim decoquere, diminuere: vnde ducta significatio. Quintilianus, Multū inde decoquēt anni: multū ratio limabit: aliquid velut vsu deteretur. Inde Seneca pro fallere & destituere dixit, decoquere spei bonæ: id est non respondere spei. Miror quid pēsi habuerit Accursius in lege vnica, suprā De auri publici persecutoribus, cū persecutores decoctores esse dixit. Sunt enim persecutores, qui Græcè ἐκδικηταὶ dicuntur, & ἐκδικοί: quorum munus est iudicio experiri contra eos qui aurum vel argentum vel pecuniā reip. debent. Susceptores verò sunt ἀποδέκται, qui & ἀποδέκτῆρες dicuntur, & ταμίαι. ab antiquis tamē coactores appellabantur ἀργυρολόγοι. ἐκδικοί etiā defensores ciuitatū vocātur in. l. Vt perfectius, De annali exceptione. Est etiam ecclicos vindex & assertor. Horū librorū obscuritati insuper caliginē multam offudit Accursianorum stupor, quòd quidem ad linguæ vtriusque intelligētiā pertinet. Multa enim vocabula corruerunt, multa perperam interpretati, legum sensus inuerterunt: cum ibi non pauca legantur, quæ priscæ elegantiae vestigia retinent. Vnius & alterius loci satis erit admonere hac ætate. Adærare. Adærare verbū multis in locis extat, & nullibi rectè intellectum. In lege vnica De collatione donatorū, lib. x. Accursius adærationem ait esse æris præstationē. In lege, Annonas, De erog. milita. annonæ, lib. xii. ipse adærare annonas ad ærariū pertinere interpretatur, vel de ærario soluere. Et in lege, Septem, eodē sub titulo, & ipse & posterius eius quasi hæresim inscitæ è vestigio sequētes in vocum interpretatione, adæratas species intelligunt ad ærariū delatas. Ego autē adærare id esse censeo quod Græcè ἀπαργυρῶσαι dicitur, id est ære æstimare: vt sit sensus, Species quæ militibus stellaturæ causa penduntur à prouincialibus, si pecunia permutentur, æstimari tanti debere, quantum est fori precium. Adærare autem ab ære deductū est: quare sine aspiratione legi debet

debet: licet in omnibus exemplaribus quæ mihi videre contigit, ferè aspiratū legatur. Sic autē eam legē scriptā fuisse primū cēseo, Septem diebus per quos tribuni prætore. emol. gratia solen. stellaturæ nomine species cōsequuntur: species resistentes non aliter adærentur, nisi vt in foro rerum vanalium distrahuntur. Species autem resistentes intelligo restantes: quæ reliqua menti causa debētur, id est quæ ex præterito debentur. Sic in lege, Speciebus, in tract. De cohortalibus, Speciebus primipilaribus adæradis eadem preciorū taxatio feruetur, quæ in venalibus publicis poterit reperiri. Quæ interpretatio omnibus locis conuenit. nam adærata prædia ab eo dicta sunt, quòd à frumentaria aut vinaria speciarīāq; præstatione ad ærariam redacta sunt. Lingua patria addenarata dicit ferè pro eodem. Aeris enim vocabulo pecunia significatur. vnde obæratī dicti. Stellatura nomen erat annonæ militaris. Lampridius in Alexan-
dro, Annonas (inquit) militum diligenter inspexit: Tribunos qui per stellatur-
as militibus aliquid abstulissent, capitali pœna affecit. Sparti. in Pescennino,
Nam & Imperator tribunos duos quos constitit stellaturas accepisse, lapidi-
bus obrui ab auxiliariis iussit. In lege huic proxima, in eodem tractatu De
cohortalibus, illa verba, Prius quàm primipili pastum digesta ratione cōple-
uerint: sic interpretanda puto, prius quàm primipilarem distributionem red-
ditis rationibus peregerint. Est enim pastus dictum pro eo quod Græci *ροῦλω*
dicunt. quod verbum & pastionem & distributionem & stipendium milita-
re & annonam & congiarium donatiūūque significat, quod inter milites di-
uidebatur. Herodianus, *νομὰς πρὸς αὐτοῖς διδίδας καὶ ἐφόδον, τὴν ὁδοποιήσας εἶχετο*. Idem,
νομὰς ὑποδιδίδας δὲ δῆμον, τοῖς πρὸς αὐτοῖς πολλὰ δωρηθέντων. Mirum id est magis, eum
tractatum, De cohortalibus esse inscriptum, & vbiq; ab Accursianis sic legi
sub eo titulo, & libro tertio, vbi de curiali vel cohortali condit. ex eoque dici
quòd cohortati sint curiæ: cum ex locis duobus eiusdem tractatus liqueat co-
hortales à cohorte dici, quasi cohorti obnoxios, *τῇ τάξει ὑπαποχρέους*: vt in lege
Officia, & in lege Si cohortalis, videre lector poterit. Cohors enim non mo-
dò de numero militari, sed etiam de aliis dicitur: vt apud Tranquillū in Ne-
rone, de patre Neronis loquentē, Comes ad orientem C. Cæsaris iuuenis, oc-
cifo liberto suo, quòd quātum potare iuebatur recusaret, dimissus è cohorte
amicorum, nihilo modestius vixit. Idem in Gal. Per hæc gratissimus Clau-
dio, receptusque in cohortem amicorum, magnæ dignationis est habitus. Et
Horatius in pri. epist. Quid studiosa cohors operū struit? Sic autem cohorta-
les à cohorte dicuntur in cohortem cooptati, aut cohorti ascripti, vt curiales
à curia, tribules à tribu. Vidimus librum in quo enumerati sunt magistratus
Ro. imperii. in eo hæc verba legimus, Clarissimum virum correctorem Apu-
liæ & Calabriae in officio iurisdictionis suæ habuisse principē, cornicularium,
tabellarios duos, commētariensem, adiutorem, ab actis, subadiuam, excepto-
res, & cæteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam sine
annotatione clementiæ principalis. Cohortalinorūque appellationem iti-
dem legimus in officio cōsularis Campaniæ, & consularis Palestiniæ, & præsi-
dis Thebaidos. Qui autem hic cohortales, & in lege Si cohortalis, cohortali-
ni dicuntur, iidem sunt, vt opinor, cum iis qui apparitores in multis superiori-

Stellatura.

Pastus.

Cohortales.

bus titulis appellantur. In eodē enim libro magistratuū Ro. virū illustrem magistrum militum præsentalem habuisse in officio magisterii sui dignitates infra scriptas (sic enim appellatur ibidem huiusmodi militiæ) principes duos, numerarios duos, cōmentariensem, primiscrinios, qui numerarii sunt: scri- niarios, exceptores, & ceteros apparitores. quibus verbis apparet apparitores esse ministros appariturā magistratibus faciūtates multiplici ac distincta fun- ctione: οἱ παριστάμενοι τοῖς ἐν' ἀξιόσεως. hoc est qui præsto sunt magistratibus ad im- peria accipienda & exequēda. Est in lege vltima tituli De prædiis decurionū sine decr. lib. x. ita scriptū, Nec ex tabella decretū recitari, sed curialiū vel ma- ioris partis curiæ relatione. Accursius per tabellam intellexit delegati iudicis functionē: nescio quo modo ariolatus, vt solet. Ego autē cēseo hunc esse ver- borū sensum: In faciēdo decreto alienationis, cuius ea lex meminit, nō tabel- lis curialibus datis disquisitionem oportere fieri, sed vocali suffragio singulos curiales in sententiā ire. Fuit enim olim modus geminus ferendi suffragiū in cōciliis, & sentētiæ dicēdæ in iudiciis. Interdum enim voce, interdū tabella eo munereungebātur. Cicero lib. iii. de Leg. Dicā Attice, & versabor in re diffi- cili, ac multum & sæpē quæ sita: suffragia in magistratu mandando, aut de reo iudicādo qui lege aut rogatione dānatur, palām ferre melius esset. deinde le- gū tabellariū meminit: id est quæ de suffragio tabellari latæ sunt. Quoniā ve- rò magnificētius erat atque innocentius voce quā tabella quippiā decerni: ideo in oratione contra Rullū ita inquit, Sed tamen magnificentius atq; or- natius esse illo nihil potest, quod meis comitiis non tabellā indicem tantæ li- beralitatis, sed vocem viuam præ vobis indicem vestrarum erga me volunta- tum ac studiorū tulistis. Et pro Plāco, Etenim si populo grata est tabella quæ frōtes operit hominū, mētes tegit, datq; libertatem vt quod velint faciāt, pro- mittant autē quod rogētur, cur tu in iudicio exprimis, quod nō fit in campo?

Tabellaris
sententia.

Suffragia
vocalia &
tabellaria.

In transcursu fortasse non erit adnotatione indignū, quod Accursius in l. vlti. De honoribus & muneribus non continuandis, lib. x. missos pro vocatis intellexit, cum significet transmissos & præteritos. Nec in lege Ciues, tracta- tu De incolis, percepit quid allectio significet: id est *παραλαβή, παραίρεσις*: cū Vl- pianus in tracta. De decurionibus, scripserit spurios posse in ordinem allegi. Allecti enim sunt ascripti & conscripti, hoc est numero additi. *παρακαταλεγ- μένοι*. Sublecti, de mortuorum loco lecti. *ἀντακαθίσταμενοι*.

Allecti.

Sublecti.

Grammato-
phylacium.

Tablinum.

Tabularium

Archium.

SE Q V I T V R in eodē cap. tract. De poenis. Archiuo fortē vel grāma- tofilatio.) Puto legēdū fortasse, vel grāmatophylacio. Est autē grāmatophy- lacium, vbi tabulæ & instrumēta publica monumenta q; rerum gestarū acta- rumq; asseruātur: quod tablinū Latinē appellatur. Plinius lib. xxxv. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarum. Sed de priuato tabulario vel tablino Plinius intellexit: sicut Vitruuius in sexto, Tabulinum si latitudo atrii erit pedum viginti, dempta tertia eius spatii reli- quum tribuatur. Cicero de Natura deorū, tabulariū dixit, Sessum ite precor, vt iudicetur qui tabulariū incendit. Tabularum significatio multiplex. sunt enim tabulæ pictæ, vt tabulæ scriptæ. Archium ex Græco factum est, *ἀρχαῖον*. Archium autem etiam magistratuum ædes significat, & regiam & palatium &

& iudiciale forum. Ex quo factum, vt archiũ, & interposita u archiuum, si tamen recte legitur, significet chartophylaciũ: quia ἀρχὴν vicina sunt chartophylaciis, quæ eadem sunt cū grammatophylaciis: vel chartophylacia potius eorum mēbra, in quibus hodie actuarii & scribæ exceptoresq; acta publica condunt. Quod autē in vicina periodo sequitur, sic cenſeo reponēdum, Vt solēt quibus ſententia præcipitur, ἀπὸ τῶν δημοσίων ἀπέχεσθαι.

Chartophylacium.

I N cap. Aut facta, in principio, Quosq; alios suadendo innuisse sceleris est instar.) Iuuisse omnino legendū videtur. Sed si ita legatur, quosdāque alios suadendo iuuisse: ſensus erit contextusq; congruentior.

I N eodem cap. in §. Qualitate rixæ à grassaturis.) Quoniā Accursiani parum intellexerunt hoc vocabulum, nobis explanandum viſum est. Grassato- Grassatores, res igitur sunt viarum in vrbe vicorumq; obſeſſores, qui obuios iniuriæ opportunos ſpoliant, aut pulſantes, aut intētata morte territātes. λαποδύτας Græci appellant. Plinius lib. xiii. de Tapſia loquens, Nero Cæſar claritatem ei dedit, initio imperii nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens ſibi cum thure cerāque, & ſequenti die contra famam cutem ſynceram circūferens. Tranquillus in Auguſto, Nam & graſſatorum plurimi palām ſe ferebāt ſuccincti ferro, quaſi tuēdi ſui cauſa. Et inferius, Igitur graſſatores diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus inhibuit. Sic Iuuenalis Satyra tertia, Interdū & ferro ſubitus graſſator agit rem. quo in loco graſſaturā deſcribit dilucide. Neronis graſſaturas etiam clare Tranquillus cōmemorat in eius vita. Et Iuuenalis tamen & ipſe rixam appellauerunt graſſaturam minus noxiā, & quaſi ludibundam: Miſeræ cognoſce proœmia rixæ: Si rixa eſt vbi tu pulſas, ego vapulo tātum. Sic graſſari & hic & in cap. Capitalium, intelligendū: Graſſari, cum alioqui graſſari ſæuire ſignificet, & in perniciem noxāmque progredi. Idem Tranquil. Nec minore liuore ac malignitate, quā ſuperbia ſæuitiāq; penē aduerſus omne genus hominū graſſatus eſt: id eſt improbum ac maleficum ſe exhibuit, in dieſq; nocentiorē. Inde fit vt peſtem graſſari dicamus, pro eo quod eſt cū ingenti clade hominū inualeſcere. καταισκήπην & ἔγκυαταισκήπην. Quo modo uſus eſt Claudius Iuriſconſul. in fine huius capitis, Quoties multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit. Salluſtius pro ingredi & tendere poſuit, in bonam partem accipiens, his verbis: Vbi ad gloriā, virtutis viā graſſatur. ἱετα. Horatius metaphoriſe, Dauus ſis comicus, atq; ſtes capite obſtupo multum ſimilis metuenti, Graſſare obſequio. de captatore loquens. Locus autem Demoſthenis hic à Iuriſconſulto citatus, reſtituendus eſt ex oratione περὶ κοινῶν. Demoſthenes enim pugno cæſus in theatro à Media Athenienſi prædiuite, eum ad populum accuſauit. Tunc enim ab illo pulſatus eſt Demoſthenes, cum Dionyſia agerentur, qui ludi erant in honore Liberi patris inſtituti: curatōrque ludorum erat cū aliis delectus Demoſthenes, quos choragos appellabant. eam iniuriam atque id crimen cum magnopere exaggerare vellet orator, aliquot hominum exēpla recensens, qui ob huiuſcemodi facinora in fraudem capitalem inciderant, & ab iniuriā paſſis cæſi erant, ita inquit, ὃν γὰρ ἡ πλεονηψία παρέστη πλὴν ὀργῶν, ἀλλ' ἡ ἀλμυρία. εἰδὲ τὸ τυπταδὶ τοῖς ἐλαδιέροις εἶσι δεινόν, καὶ περὶ ὃν δεινόν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρι. πλὴν γὰρ αὐτὴ πικρύνειν ὁ τυπτῶν, ὃ ἀνδρες ἀθηναῖοι, ὧν ὁ

παθὼν ἕναι ἂν ἀπαχέλαι δύναιθ' ἐπεφ. ᾧ γήματι, ᾧ βλέμματι, τῇ φωνῇ: ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπαρῶν, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ὡδὶ κλέρης. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ὀφίσσιν ἀνθρώπου αὐτῶν, ἀήθεις ὄντας τῷ περὶ πηλακίζεσθαι. εἰδὲς δ' ἄνδρες ἀθλιωταῖοι, ταῦτα ἀπαχέλων δυνάμει τοῦ δεινὸν παρὰ σῆσαι τοῖς ἀνθρώποις ἔτι ὡς ὡδὶ τῷ ἀλκιδέας καὶ τῷ πράγματι ᾧ παλάντι καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἢ ὑβρις φαίνεται. Vt autē res melius intelligatur, vno aut altero versu locum altius repetitum traducam hoc modo, ac sesquiuersu producam, Nouerunt hoc multi, Euxæona Laodamantis fratrem inter epulas in conuentuque publico obtruncatum à Bæoto, vnicum ob colaphum inflicturn. neque verò vnica plaga iræ impetum illi, sed ignominia ciuit. neque cædi ingenuis graue est: tametsi est ipsum graue. id enim uero demū graue est, ad contumeliā cædi Siquidem multa facere, ὁ viri Athenienses, existimari potest is qui aliū cædit: quorum partē ne is quidem qui verberibus afficitur, indicare satis sermone atq; effari possit: ipsa perpetrādæ rei specie, obtutu truculento, vocis atrocitate: adde quum fugillandi animo, quū inimicum se profitēdo, deniq; quum pugnis, & quum in malam cædit. Atqui hæc permouent: hæc inquam emouent de mentis suæ statu homines contumeliæ atque fugillationis insolentes. His commemorandis, ὁ viri Athenienses, nemo est qui rei atrocitatē animis audientium oculisq; representare queat, præut quidem est iniuria re ipsa conspicua omnibus numeris euidentiæ iis qui rei spectatores fuerunt, ipsiq; adeo iniuriam perpeffo. Quorum verborum oratoris hæc sententia est: ea quæ rei adiuncta dicuntur (à Quintiliano etiam complexus causarum & circumstantiæ nomine appellantur, vt Græce appellant ποδίσσιν) esse huiuscemodi, vt magna ex parte animo magis concipi, quàm verbo enunciari possint. Verum cum ea amplificationis argumenta quæ à circumstantia ducuntur, Iuriscōsultus in hoc capite in septem modos digesserit: qualitatis exemplum à Demosthene potissimum ducendum esse censuit: qui in qualitate & æstimatione iniuriæ, facinoris perpetrati speciem (quod schema ipse vocat) animaduertendam esse duxit: hoc est habitum & affectū corporis animiq; tam pulfantis quàm vapulantis, & quandam veluti actionem atque representationē improbitatis eius qui cædebat, atque impotentis animi, contraq; fœdi ac pudendi aspectus eius qui vapulabat exhibitionē, animo obuersari iudicū oportere, vt pœnam pro dignitate rei statuāt. In qualitate etiam ponit truces minacesq; oculos pulfantis in eum qui pulsatur: tum vociferationem defæuiētis territantisq; eum qui violentiæ cedit. Quæ omnia accidere verisimile est cum fugillandi animo id sit, id est notam ignominiāque inurendi homini integræ famæ, intemeratūq; pudoris: quum inimicum se profitetur qui pulsatur, cum iniuriam ita accipi vult, tanquam ab inimico offendendūq; cupido illatam: cum plaga infligitur non expansa manu, sed in pugnum contracta, quò ictus sit nocentior & grauior: postremo cum in eam partem corporis de industria plaga incumbit, quo atrocissima noxa corpus mulctari potest, fugillatq; ea pars esse ac diu manere conspicua, indeq; facies dehonestari. Hoc enim significat ὡδὶ κλέρης, id est ἡ τῷ σιγρόντος πατάξαι, Atticorū lingua loquētibus: quod interpret ignarus pupillam transtulit, quasi κέρης Demosthenes scripsisset. Hæc sunt (inquit Demosthenes) quæ homines iniuriis nō assuetos animi impotentes

impotentes faciunt: id est quæ patientiam quantumvis prudenti excutiant. Quintilianus in sexto, de concitandis affectibus loquens, Atrocitas (inquit) crescit ex his: quid factum sit, à quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo: quæ omnia infinitos anfractus habet. Et paulum infra, Plurimum tamen (inquit) affert atrocitatis, modus, si grauiter, si contumeliose, vt Demosthenes ex parte percussî corporis, ex vultu ferientis, ex habitu inuidiâ Midia quærit. Idem alibi, Nanque in hoc eloquentiæ vis est, vt iudicem non ad id tantum cõpellat in quod ipse à rei natura ducetur: sed aut qui non est, aut maiorẽ quàm est, faciat affectum. Hæc est illa quæ Dinosis vocatur: rebus Δινωσις, indignis, asperis, inuidiosis addens vim oratio: qua virtute præter alios plurimum Demosthenes valuit. Huc pertinet illud Ciceronis in Diuinatione, Putasne posse (id quod in eiusmodi reo necessarium est) facere, vt quæ ille libidinose, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit, ea æque acerba & indigna videatur esse iis qui audient, atque illis visa sunt qui senserunt? magna sunt ea quæ dico, mihi crede: noli hæc contemnere. dicenda, demonstranda, explicanda sunt omnia, causaq; nõ solum exponenda, sed etiam grauiter copioseq; agenda est. Hunc locum ideo enarrandum copiosius esse celsui, quod ab homine iuris in primis perito, causarum actore nobilissimo, aliquando rogatus sum vt eum explanarem. Aiebat enim se nunquam mentem Iuriscõsultus capere plane potuisse, cum tamen in causa insigni usu sibi venisset, vt auctoritate hac vtendum sibi foret.

IN eodem cap. Euentus, Et ideo apud Græcos exilio voluntario fortuiti casus luebantur.) Accursius voluntarium exiliũ intelligit arbitrato iudicis statuendum: cum voluntarium pro spontaneo Iuriscõsultus intellexerit, quod sibi quisque consciscit: vt ex iis quæ dicemus, apparebit. Voluntarium etiã exilium Voluntariũ exilium. intelligi potest quod liberum dicitur, hoc est non certo loco circumscriptum: quod genus deportationis est aut relegatiõis: sed quo genere mulctantur qui patria extorres esse iubentur: cuiusmodi fere hodie vtimur. Capitolinus in Marco Philosopho, Deportatus est Heliodorus filius Cassii. alii liberum exiliũ acceperunt cum bonorum parte: mulieres ornamentis adiutæ, ita vt filia Cassii & Druncianus gener liberam vagandi potestatem haberent. Ex quibus verbis intelligimus aliud esse liberum exilium, quod vnusquisque sibi eligit: & aliud liberam vagandi potestatem, quasi exilium vagum: quo qui damnati sunt, locum subinde mutare possunt, modò ne eò reuertantur vnde exulare iussi sunt. Hoc latam fugam Marcellus vocat cap. Exiliũ. infra De interdictis & releg. quia fuga Græce exilium significat, & fugere exulare. quare locum illud corruptum esse censeo, vel mutilatum potius in medio membro: sensus enim, meo iudicio, elici ex illa distinctione triplicis exilii non potest. Est autem φύγη, id est fuga, exilium eorum qui pœnam legum vitare volunt. Cicero pro Cæcinnâ, Nam cum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo ciuis esse possit: tum amittitur hæc ciuitas denique, cum is qui profugerit, receptus est in exilium: id est in aliam ciuitatem. Idem, Nam exiliũ (inquit) nõ supplicium est, sed profugium, portusque supplicii. nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere aut calamitatem, eò solum vertunt: hoc est sedem aut locum mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, nec apud cæteras ciuitates, maleficio vllum exilio

Exiliũ olim
pœna legũ
non erat.

esse mulctatum: sed cum homines vincula, necesse, ignominiaque vitant quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad arma in exiliū. Vbi tamē aram nō arma legēdum puto cōtra fidem exēplarium. Licebat igitur reis post primam actionē exiliū sibi consciscere ante iudiciū peractum: idq; appellabant exilii causa solum vertere: *μεινασείν, μετοικήσει*. Liuius de decemuiris loquens, Bona Claudii Oppiiq; qui ante diem iudicii vitā in vinculis finierant, tribuni publicauere: collegæ eorū exilii causa solum verterunt: bona publicata sunt. Hoc, vt cætera, ex Græcorū legibus trāslatum esse, ex oratione Demosthenis *πρὸ ἀεισηκέρτας* apparet, his verbis, *ὅς δὲ φέρωντι, τὸν πρῶτον ἔξισιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι, καὶ ἔθ' ὁ δικάων, ἔθ' οἱ δικάζοντες, ἔθ' ἄλλων ἀνθρώπων ἔδεις, κύριος καλύσαι*. Reo autē (inquit) licet cum primam orationem habuerit, solum vertere. id quod vetare, nec accusatoris nec iudicum potestatis est. Solum vertere etiam de decoctoribus dicebatur: qui & foro cedere dicebantur: vt apud Iuuenalem, Cedere nanq; foro iam non est deterius, quā Esquilias à feruenti migrare suburra. Idem alibi, Qui vertēre solum, Baias & ad ostia currūt, id est *οἱ ἀνισκιδασμῶν οἱ τῶν τραπέζων* apud Demosthenē, hoc est *οἱ τὰς τραπέζας ἀνισκιδασμῶν*. Locus autē Pædectarū inanis replendus est ex libro Iliados vltimo, nisi fallor. Homerus enim commemorans aduentum Priami ad Achillem, deductore Mercurio, supplicemque eum describens, & ad genua Achilli aduolutum, vt corpus exanime Hectoris ab se redimi pateretur, hos versus scripsit hic reponendos, dictoque Claudii consentaneos.

ὧς δ' ὅταν αἰδῆ ἄτη πυκνὴ λάβῃ, ὅς' οὐ πάρος

ἔωτα κατὰ κτεῖνας, ἄλλον ὕψικετο δῆμον

ἀνδρὸς ἐς ἀφνίῃ, θάμβος δ' ἔχον εἰσρόωντας:

ὧς ἀχιλλεύς θάμβησεν ἰδὼν φεῖαμον θεοδόνα

οἰάμηναι δὲ καὶ ἄλλοι, ἐς ἀλλήλους δὲ ἰδόντο.

Ac si Latine diceres,

Ac velut is crebris quem fors incommoda noxis

Implicat, externas se contulit exul in vrbes,

Vtque piet facinus patrata cædis, ad ædes

Diuitis accedens, mirantia contrahit ad se

Ora hominum hac specie: Priamo sic supplice, Achillis

Circunfusa cohors comitum stupet, vt stupet ipse.

Ad quorum versuum intelligentiam interpretes Homeri tradūt morem fuisse apud vetustissimos, vt qui non voluntariam cædem admisisset, is exularet patria: ad ædesq; locupletis hominis se conferens, ibi opertus federet in limine, oraretq; & postulare admissæ cædis expiamentū. Huiusmodi vero exilium ἀπειναντισμός appellabatur: *τραπεζιφυγὴ ἐπ' αἰαντὸν ὅθεν φόρον ἀκρίσιον*. verbū ē verbo ductum Abannatio dici potest, quasi annuum exilium. Causa autem exilii voluntarii, in eoque expiationis quærendæ, institutum erat priscorum, qui viros homicidas vt impuros & detestandos existimabāt, ideoque vitandos & auerfandos. Arcebantur enim sacris & foro ii qui in reatu cædis erant, quoad iudicium peractum esset. Auctor Pollux in octauo. Quare Antiphon in oratione *πρὸς ἄρβυτῶν* ad iudices loquens, Causas (inquit) cædis (vt opinor) vos magnopere contenditis exacte iudicare. Quippe hominem reum sententiis vestris

Homicidæ,
scelerati &
abominandi
olim existi-
mabantur.

stris cædis damnatum, in eam fraudem incidere necesse est, ut nec cædis perpe-
 trator, nec perpetrata cædis re vera obnoxius, pœnas tamen pendat, & legis
 sanctionem subeat: ut vrbe, sacris, sacrificiis, certaminibus arceatur, quæ homi-
 nibus maxima antiquissimæque censentur. Et Lysias contra Agoratū, *ὁ δὲ αὐτῷ διέλεγο ὡς ἀνδροφόνῳ ὄντι*. Nemo (inquit) eum ut homicidii reum colloquio <sup>Expiamen-
tū homicidij.</sup> dignabatur. Verba legis pœnā homicidii sancientis sunt apud Demosthenē
ὅτι δὲ καὶ αἰετοκράτες, ἀπέχεσθαι ἀγοράς, ἐφορίας, καὶ ἀθλῶν, καὶ ἰδρῶν ἀμακτονικῶν. quæ verba
 ipse ibidem interpretatur. Verū enim uero huiuscemodi expiationis necis hu-
 manæ ab imprudentibus admittæ exēplum videre licet apud Herodotum li-
 bro primo, quo in loco Cræsi meminit nuptias filii sui celebrantis. Quū autē
 (inquit) filii nuptias Cræsus in manibus haberet: aduenit Sardeis quidam ca-
 lamitate præditus, manibúsque impuris, natione Phryx. Hic cū ad Cræsi ædes
 accessisset, gentiliq; instituto ritūque patrio postulasset, sibi ut liceret expia-
 menti optati compotē esse: Cræsus eum expiauit. Est autem Lydis Græcisq;
 ritus expiandi similis. Postquam autē Cræsus legitima iustæque lustrationis
 peregit: vndēnam ille, & quis esset, percontari institit. Et paulū infrā, Gor-
 dii (inquit ille) filius sum, cui Midas parens fuit: Adrasto mihi nomen est: qui
 quia imprudens germanum meum interemi, ad te accessi. sum enim & à pa-
 rēte eiectus, & omnibus fortunis exutus. Pausan. in primo Eliacon. *συνεπιπώ-
κει δὲ τῷ ὀξύλῳ φυγάδι ἰβὺς αἰτωλίας εἶναι*. διακλύοντα γὰρ φασιν ἀμαρτεῖν αὐτὸν, καὶ ἐξέρχασθαι φό-
 νον ἀκέραιον. τὸν δὲ ἀκροθιγόντα ἑσπὸς τῆς δίσκου τὸν ἀλλοφόνον εἶναι τῷ ὀξύλῳ. Ex iis quæ dicta sunt
 satis apparet quid per volūtarium exiliū Claudius in hoc capite intelligi vo-
 luerit, qui fortuitum casum *ἀκέραιον φόνον* vocauit: id est imprudens homicidiū,
 ut Valerius dicit. Inde apud Herodotum *καθάρσιος ζῶς*, id est Iupiter ex- <sup>Iupiter exa-
piator.</sup> piator: qui præses erat necessitudinis ab expiatione contractæ, & veluti disce-
 ptator iuris inter expiatorē & expiatum: ut hodie deus expiator vindex est,
 siquid inter mysticum parentem & lustratū hominem, vel initiali sacramento
 vel arcano & auriculario sacramento expiatum, perperam admissum est. Eu-
 stathius Homeri interpretes, Quod autē (inquit) sanguine lustratio fieret, testis
 est historia, cuiusmodi est homicidarum lustratio, qui sanguine abluti, lustra-
 menti loco id esse ipsi ducebāt. Cuius artis professores Pharmacos Attici vo- ^{φάρμακοι.}
 cant, ut vrbium quoque expiatores. Historiæ Adraستي meminit Valerius libro
 pri. cap. De somniis, sed strictim, & suppresso nomine, de filio Cræsi loquens
 ac eodem Adraστο, qui Cræsi filium lancea in venatione traiecit imprudens.
 Et quidem (inquit ille) eam potissimū dexteram casus nefariæ cædis crimine
 voluit aspergi, cui tutela filii à patre mandata erat, quāmq; Cræsus impru-
 dentis homicidii sanguine violatam, hospitales veritus deos, supplicem sacri-
 ficio expiauerat. Liuius de Horatio loquens, qui Horatiam sororem interfe-
 cerat, Itaque ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatū pa-
 tri ut filiū expiaret pecunia publica. Inde vocabula apud Græcos, *καθάρσιος τὰς
 χεῖρας*, de eo qui homicidio manus non contaminauit: quem etiā *ὅσιον* καὶ *διὰ γὰρ* ap-
 pellant. & cōtrā *μὴ καθάρσιος* dicūt *ὅτι διὰ γὰρ*, καὶ *ὅτι μιάσματί τινι οὐλόχης*, καὶ *μὴ καθάρσιον
 τὰς φέρον*. Exemplo huiuscemodi instituti antiquissimi planum sit, non de nihilo
 institutū illud Franciæ inualuisse, quod multis tamen minime cōsentaneū

æquo & bono esse videtur, de homicidio ab imprudentibus admissio, etiam si culpa vacet facinus, tamen ut ii veniam impetrandam habeant aut à Principe, aut ab illa æquitatis officina quam Cancellariâ dicimus: qua in parte potissimum reip. operam ipsi nunc pro potestate nauamus, magistratu functionantes, quod magisterium libellorum in Prætorio dicitur. Sic enim à regibus expiari vel facinus inconsultum, vel casum temerarium, moribus comparatum est, ut olim à ditissimo quoque piaculum huiusmodi admissorum postulabatur. Cæterum eò nunc congruentius, luculentiorque cum ratione, quo reges non sine sacris ritualibus inaugurati, vi quadam diuina præditi merito existimantur: nostrique eò amplius fortasse, quod instar ipsi quoddam numinis, neque id quodlibet, circumferre eos videmus, cum medicam manum salubremque admouent iis quos strumæ male habent. Ob quod ipsum specimen potestatus auspiciato olim fundati, comitatus regius ægotantium gregibus plerumque frequenter, dies festos expectantium, qui sacræ huiusmodi functioni piæque solennes sunt. Dedisset vero unam quoque id insigne diadematicum Prouidentia, consilia ut publica plerumque auspiciato inirentur, salutarique cum numine atque presentiore: haud dubie numeris omnibus maiestatis inter homines beatissimæ (absit invidia verbo) principatus Franciæ præditus esse merito, aureaque fortuna visendus diceretur. Summa autem fuit cura antiquis vindicandarum cædium.

Areopagus
ficariorum
vindex.

In curia enim Areopagitarum sacrum fiebat Eumenidibus, quas etiam *αμύνες θεάς* Græci vocant bene ominandi gratia. eas enim existimari volebatur eius esse curiæ præsides in qua sicarii iudicabantur, ut alibi diximus: tanquam vindices ultricisque hominum necatorum. Quibus sacrificuli ob id tres erant instituti, id est *ἰδρόποιοι*. Quare Demosthenes *ἐν πρώτῃ* purgare se volens suspicionem conscientiae cædis, quam ei inimicus obiecerat: ita inquit, *ὥστε ἐπαύλει ἀξιολύος με φόρος, πρὸς δὲ τοῖς αμυναῖς θεαῖς ἰδρόποϊον αἰρεῖσθαι. ὃ δὲ ἀθλωμάτων ἀπάντων τελεῖται αὐτῶν, καὶ καταξέμενοι τῇ ἰδρῶν.* Hic (inquit) qui me cædis crimine reum facere instituit: cum ego à curia sacrificulus tertius designatus sum è numero omni ciuium, ut sacrum pro populo deabus venerandis facerem (sic enim Eumenidas appellabant) nulla intercessione obstitit quo minus sacrificium auspicerer. In Areopago autem cædes consultæ iudicabantur, id est *φόροι ἐκ πειροίας*: non autem *ἀκέραιοι*. Sed quod in hoc eodem ambitu orationis dictum, Ut à dementissimo quoque facta, etsi scrupulo mendæ non caret, quia non satis hæere cum euentum videtur: vnum tamen poscere videtur, ut adnotemus quod Suidas retulit de statua Niconis Thasii, pugilis celebrati: cuius iam defuncti statuam cum æmulo unum odio indulgens fustibus caderet, tanquam Niconem ipsum viuum contumelia afficiens: statua manuum eius ultrix, in cadentem ipsa collapsa oppressit eum & extinxit. Propter cuius necem eius hæredes statuam ipsam necis ream egerunt apud Thasios, lege Draconis: tandemque statua necis damnata, sententia iudicum in mare demersa est. Euseb. lib. v. de præparation. euangel. Diomedis athletæ statuam fuisse dicit. Legem enim Draconis legislatoris Atheniensis secuti sunt: qui cædis perpetratores, extorres patriæ & finibus fieri sanxit, non homines modo, sed etiam animantes alias, atque etiâ inanimata. quæ lex congruit cum eo quod scriptum est Genesios cap. ix. Huiusmodi cædes ab inanimatis

Lex Draconis
memorabilis.

matris factæ, in Prytaneo iudicabatur, ut inquit Demosthenes in oratione supradicta *πρὶ ἀνδρολεψίας*. Moris etiam antiquissimi fuit, ut qui cædem perpetrassent, si quum in externam urbem profugissent, ad pœnam exposciti non dederentur iis ad quos facinus admissum pertinebat: ipsis ut permitteretur iniuriam passis pigneradi potestas, quam androlepsiam, & neutro genere androlepsium Græci vocant. Verba legis à Demosthene transcripta sunt in orationem *πρὶ ἀνδρολεψίας*, in hanc ferme sententiam, Si quis violenta mortē obierit: pro hoc gentilibus & cognatis androlepsiæ sunt, quoad iudicium cædis pœnâsq; subierint, vel necis auctores dediderint. Androlepsia verò ad tres vsq; nec eò amplius, esto. Pollux, *ἔστι δὲ ἀνδρολεψία πῶν ὅταν τις τῶν ἀνδροφόνων καταφυγόντας ὡς υἱας, ἀπειρώων μὴ λαμβάνῃ. ἔστι δὲ ἐκ τῶν ἐκ ἐκδοδόντων ἄρχι τειῶν ἀπαγαγῇ*. Harpocracion cum Polluce consentiens *ἀνδρολεψία* (inquit) *πῶν ἔχοντες πόλιν ἐν ἀνδροφόνων, καὶ περιμένοντες αὐτὸν εἰς τιμωρίαν*. Demosthenes autem fortasse causâ inferuies dixit androlepsiam lege esse permissam non contra profugum suscipiētes: sed cōtra eos demum apud quos cædes facta fuisset. Multa autē erat androlepsiam nō iure postulanti, vel potius ea utenti. Licebat enim priuato consilio androlepsiā exercere, ut ipse Pollux inquit. Hæ cum libro sexto Decretaliū epistolarum pignerationes vocetur, sub titu. De iniu. tamen iuris interpretes malunt repressalias dicere: vsque adeo barbaries ad stomachum rusticitatis facit. Pignerari Latinè dici debet Græcorū exemplo, qui etiam *ἀνδρολεψία* dicunt & *καταφυγόντας* *ἀνδροφόνων*, & *ἀνδρολεψίας* *χρῆναι ἀπὸ τῆς ἀνδροφόνων*. Hermolaus Barbarus vir doctissimus clarigationem appellari posse censuit: quasi aliud verbum non esset Græcum aut Latinum quo res omni tempore vsurpata significari posset. Est etiam apud Homerum aliud exemplum exilii ob cædem inconsultò admissam, Iliados libro tertio & vicefimo, eo in loco vbi ymbra Patrocli ad Achillem ita inquit.

De iure pignerandorū hominum.

Androlepsia

Pignratio.

Clarigatio.

Μὴ ἐμοὶ σὺν ἀπαίδει θεὸν ἔμελλεν ὅς ἐστιν ἀχλὺς,
ἀλλ' ὅμως, ὡς ἐξ ἀφ' ἑμὲν ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν,
εἴ τι με τυτθὸν εἶντα μινούλιος ἔξ ὁπότερος
ἤγαλ' ὑμέτερον δ' ἀνδροκτασίης ἑπὶ λυγρῆς,
ἤματι δ' ὅτε παῖδα κατέκτανον ἀμειδόμεντος
νήπιος ἐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστράγαλοις χολαίης.

Historia tradit Patroclum ludo talario ludentem, cū puer esset, subito excauidisse, iraq; impetu puerum collusorem nomine Clifonymū interemisse. Ob quod facinus pater eius Menœtius ex Opunte patria eum exulatū ad Peleidomū deduxit: à quo benigne & liberaliter educatus, Pelei iussu comes Achilles esse cœpit & amicus. Hæc autē carmina quanquā non perinde conueniunt supplendo verborū contextui: tamē eatenus pertinere possunt, quod delictū puerile tamen exilio mulctatū est, etiam si inconsulto impetu commissum. Ultra hos duos Homeri locos, ut poema vtrunq; perlegatur, nihil (ut opinor) inuenietur, ex quo duci auctoritas conuenienter Iurisconsulti dicto possit.

IN cap. Si pœna, eodem sub titulo De pœnis. Si pœna alicui irrogatur: receptum est cōmentitio iure, ne pœna ad hæredem transeat.) Ius cōmentitium Accursius à cōmentis iurisprudentū dictum esse dixit: ignorans significatio-

Commenti-
tium.

nem eius vocis. Commētitiū idem est quod fictitiū: quod Græci *πλασμα-
τῶδες* appellant. Significat etiam nouum & recens excogitatum: hoc est non
translatitiū, non aliunde sumptum. Tranquillus in Claudio, Spectacula com-
plura magnificāq; edidit: non vſitata modo, ac ſolitis locis, ſed etiā commen-
titia, & ex antiquitate repetita. Commentitia, pro nouiter repertis, nullōq; ex-
emplo inſtitutis: *ἠδινοντα, τότε πρῶτον ἐκτυμνηθέντα*. Ariſt. in xii. Metaphyſicōn, cō-
mentitiā rationem opinionē mve appellat, figmento non veritate ſubnixā:
vt cum mathematicam lineam ponimus, vel punctum mathematicū. In ſen-
ſilibus enim huiusmodi eſſe forma non poteſt, niſi opinione rationēq; com-
mentitia. ipſe *πλασματικὸν λόγον* appellat. Hac ratione ius commentitiū dicitur
δίκαιον ὑπὸ πλασόν: quod figmento non re ipſa ſubſiſtit.

Reatus.

IN cap. Si diutino. Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus
pœna eius ſubleuādā erit.) Accuſius & Bartolus Latini vocabuli ignorantia
ſenſum huius reſponſi peruerterunt. Exiſtimauit enim Bartolus poſt Accu-
ſium, reatū ſignificare ſpatium maleficii perpetrandi, quaſi Iuriſconſultus iis
verbis ſtatuert mitius cū eo agendum qui longo interuallo inter reos defer-
tur, hoc eſt diu poſt crimen admiſſum. In diſſoluendiſq; antinomiis Accu-
ſius, vt aſſolet, vacillabunde cōſiſtatur. Bartolus autē in errore ſibi conſtans
(ipſe quidem alioquin epithetum ſoluti auctoris & expliciti, nec in addubita-
tionibus hærentis, inter iuris ſtudioſos meritis) ad diuiſionē criminum diſcri-
mināq; confugit (quæ ferme farrago eſt cōmentariorum iuris, ſyluāque ma-
ior Hercinia, nec minus ab omni cultu nitorēque abhortēs) referre aiens ma-
leficiāne continuæ noxæ, an ſemel finitæ ſint. Nos vero reatum eſſe dicimus
ſtatum & conditionem reorum, hoc eſt habitum demiſſum, pannofum, ſqual-
lidum, & miſericordiæ aucupatorem. Vnde reorum ſordes, ſordidatiq; rei di-
cebantur, vt nos alibi copioſe iam diximus. Senſus igitur huius capitis hic
eſt: in eum mitius animaduertendum, qui diu ſordidatus fuerit: id quod eue-
nire ſolet aut iudicum conſilio in diem longiorem iudicium reiiciētium: aut
pro re nata, ſi quia de cauſa plane non liquebat, reus ſæpius ampliatus eſt.
Pars enim pœnæ eſſe viſa eſt, longa temporis intercapedo in conſpicua cala-
mitate & miſeranda. Errore autem miro hæc opinio inter Iuriſperitos aliōſ-
que inualuit, vt reatus pro crimine exaudiatur: cum clara ſit huius vocabuli
ſignificatio in cap. vlti. infrā De bonis damnatorum. vbi Paulus, Fraudis au-
tem cauſa (inquit) adoptio facta videtur, etiam ſi non in reatu, ſed in deſpera-
tione rerum per conſcientiam, metu imminentis accuſatoris quis adoptet. Et
itidem in tractatu De bonis eorū qui ante ſen. mor. ſibi conſci. cap. vlt. Ita de-
mum bona eius qui in reatu mortem ſibi conſciuerit, fiſco vendicanda ſunt,
ſi eius criminis reus fuerit, vt ſi damnaretur, morte aut deportatione afficien-
dus eſſet. *ὁς μεταξὺ κεινόμενος ἔαυτον διερχόμενος*. Hodie in reatu ſunt, qui vel carcere
detenti ſquallore & illuie conſciuntur, aut qui honoris cauſa cuſtodix ſuæ
aut apparitorum commiſſi, aut vadimonio aut vadibus obſtriſti ſunt aut ex-
promiſſoribus. Iuſtinus libro quarto hiſto. Reuocato igitur ad reatum Alci-
biade, duo prælia ſecunda Niceas & Lamachus faciunt. ad reatum inquit, id
eſt ad cauſam dicendam.

IN

IN lege Capitalium §. In exulibus, hunc locum Græcè legimus ex Pandectis. οἱ μὴ περὶ ἐργασίας τῆς ἡγορίας, ἀντὶ μὲν ἡγορίας προσκαίρου, διωκτὴν ὑπέστανται. ἀντὶ δὲ διωκτὸς ἡγορίας, παροδοισμὸν. ἀντὶ δὲ παροδοισμῶν, κεφαλικὴν ἡμεσίαν. Ex quibus verbis apparet relegationem esse exterminationem, cum quis exire fines patriæ iuberetur: quod Cicero sedibus expellere interpretatur. Deportationem verò quasi circumfinitionem, cum ei qui damnatus est, certo spatio circumscribitur pœnæ pendendæ locus. nunc confinitos lingua vulgi appellat. Arcopagita ad Ioannem euangelistam epistolam sic inscribit, Ioanni theologo apostolo & euangelistæ deportato ad Pathmum. deinde significationem huius verbi expressit, ὅτι ἀδικῶντας ὑμᾶς, καὶ παροδοίαν οἰομένους τῆς δικαίας τὸν ἥλιον, ἀδικῶς ἀπώμενος. Merito istos inculans, qui vos iniuria hac afficientes, arbitratur se solem euangelii circumscribere. Hoc est qui te deportatione circumseptum arbitratur reliquo orbe disclusum iri.

Relegatio.

Deportatio.

IN cap. Cicero. Cicero in oratione pro Cluentio Auito.) Legendū Habito, ex Cicerone. Locus autem à Triphonio integer transcribi debuit: vt fortasse mutilatus vno membro sit locus. Hæc enim verba deesse videntur post verbum damnatam: neque iniuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, & designatum reipub. ciuem sustulisset. Sic enim in ea oratione extat.

IN cap. Diuus, De bonis damnatorū, duo verba deprauata esse tantūmodo admonebo: quoniā emēdare nequeo. Nūmuli enim inueterales quid sint, nemo intelligit. Satis est autē quod intelligimus nūmos locularios aut viaticales significari. fortasse Græcū erat vocabulum, pro quo illud spurium sensim surrepsit. Alterū verbum est illud, aut carciaticū quibusdam officialibus. Pro quo nihil cōminisci potui quod ad rem satis pertinere videatur. δικαστὸν iudicibus dabatur, hoc est δὲ ἑβόλα, & interdum τειάβολον. Sportularia pecuniola pro opera iudicandis controuersis impensa: ad quam suppeditandam fortasse ea quæ πρυτανεῖα dicuntur, exigebantur. Quinquā parum constat quid illa voce significetur. Ipse enim cenſeo πρυτανεῖα tantū depositari solita esse in sponſionis iudicio, quæ παρχαταβολὴ dicitur, vt apud Romanos in sacramento: de quo nos in prioribus differuimus. Verū δικαστὸν non conuenit in hoc loco, quia de officialibus loquitur. In fragmentis Pandectarum inueni τὰς συνθέας apparitoribus dari solere, πῶς ἐκβιβαστῶς. quāquam & ἐκβιβαστὸν vocetur eorum merces. Melius autem ac modestius esse cenſeo, mendam ipsam tantū ad notare asterisco, nec pro ea ariolando sufficere aliquid commentitium.

Τὸ δικαστικόν.

Τὸ ἐκβίβαστον.

κόρ.

IN fine autem huius cap. Officium pro cœtu eorū ponitur qui magistratui apparēt: id est qui sunt ex cohorte, vt in superioribus diximus: Græcè τάξις dicitur: vnde τάξις vocabulum in Pandectis. Inde apud officiū deponere, est apud acta vel actuarios deponere, qui etiā ab actis appellati sunt. & officia tradere, Modestino in tract. De furtis. Ibi enim officium pro cœtu ponitur: sicut Græcè τάξις τὸ πλῆθος significat. τὸ πᾶν τὸ ἀρχεῖον. Sardonycha etiā accusatiuo Græco non Sardonicam legendum. Plinius libro vlti. Primus autem Romanorum Sardonyche vsus est prior Africanus, vt tradit Demonstratus: & inde Romanis hanc gemmam fuisse celeberrimam. quæ vnde dicta sit, ipse

Officiū.

Sardonyx.

his verbis docet, Sardonyches olim, vt ex nomine ipso apparet, intelligebatur candore in Sarda: hoc est velut carnibus vngue hominis imposito, & vtroque translucido: talisque esse Indicas tradunt. Idem, Scalpturæ Sarda vtilissima, quæ nomen cum Sardonyche communicauit: ipsa genma vulgaris, & primum Sardibus reperta. Inde Sardonychata manus Martiali. Quod autem hic legitur, Nec si zonam circa se habuerit: de zona militari intelligo. Inde illud Lampridii in Alexandro, Miles non timet nisi vestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zona. Pannicularia autem causa vel ratio, à panniculis dicta est, quos Græci *ἐλάκη* vocant. Celsus, At si maiore vi opus est, extincti tiones panniculis inuoluti & circumdati pro fomento erunt.

IN tract. De appellationibus, cap. Si qui separatim, circa principiū. Si quis cum vna actione ageretur, quæ plures species in se habeat, pluribus summis sit condemnatus, quarum singulæ notionem principis non faciunt, omnes autem coniunctæ faciunt: quid faciat iudex, videndum est: & poterit ad principem appellare.) Verbum iudex vt spurium auferendum est.

Proludere.

IN cap. Si perlusorio. Lego prolusorio. Proludere est futurum certamen meditari, & exercendarum virium causa confirmandique animi simulacrum certaminis inire. Virgilius libro tertio Georgic. Et tentat sese, atque irasci in cornua discit Arboris obnixus trunco, ventosque laceffit Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena. Iuuenalis, Iurgia proludunt. Augustinus lib. ii. De ciui. Scenicos ipsos domi hæc suæ proludendi causa coram matribus suis puderet. Inde fit vt proludere sit aliquid agere quod ad iustum certamen pertineat: quasi exordium legitimi plenique certaminis auspicari. Certamen autem pro iudicio ponitur apud Græcos, vt periculum: quod etiam latini imitantur. ita fit vt prolusionis vocabulum ad causas translatum sit. Sic Cicero

Prolusio.

diuinationem suam prolusionem Verrinæ accusationis vocat: in ea enim de constituendo accusatore Verris agebatur. Apud Græcos *πρωγωνες* præludia pugnae vocantur, vt excursiones ad prælium laceffendum. *πρωγωνες* etiam dicebantur orationes vel altercationes quæ habebantur apud Thesmothetas: quæ erant præiudicia ad causas. Thesmothetarum enim erat, iudicia constituere, & actionem dare: id est *τὸ εἰσφέρειν τὰς δίκας*, vt tradit interpretes Demosthenis *ὅτι πρὸς Δεπίπινω*. vnde orator ipse *ὅτι πρὸς ἑστὶ ἀνδροτίωνος, ἔγωγε δ' ὅτιν ἐν αὐτῇ, ὥς ἐν δὴ μὴ πρωγωνας ἀλλὰ κατασκευάζων αὐτῷ πῶς δὲ τὴν γράφην, ἐπὶ λῆμα λείπον, ὥς ἐπὶ ὑμῶν ἢ δὲ ὑμῶς ἰσχυρὸς ἐφ' αὐτὸν ἔλκε*. id est, Huius certaminis prolusiones sibi præstruens ad populum. Plutarchus in Pompeio, *ἐχθρόν τε αὐτῷ τὴν δίκην πρωγωνες ἐκ ὁλίγοι πρὸς τὸν κατηγορῶν*. Plato lib. vii. de leg. *πρωγωνας* appellat certaminū quædam præludia. Prolusorium igitur iudicium non à collusionem dictum est, quasi *συγκαταργικόν*, sed *πρωγωνιστικόν*: est enim præiudicialis causa quæ hoc verbo significatur.

Prolusoriū iudicium.

IN tract. De iure fisci, cap. Sed & si. Sed si accepto vsu togæ Romanæ, vt ciues Rom. semper egerint.) Accursius ignorasse se hic ostendit quid sit toga: id enim ex eius scholiis apparet, in cap. superiore. quare huius vocabuli vsum priscū enarrare latius instituimus. Toga gestamen erat proprium insignēq; Romanorū ciuiū, vt pallium erat Græcorū: vnde togatæ & palliatæ fabulæ dictæ ab Horatio, Diomede, & Donato. Tranquillus in Augusto, Vifa quondam

Toga.

quondam pro concione palliatorū turba, indignabūdos & clamitans, En Romanos rerū dominos, gentemq; togatam: negociū Aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro circūe nisi positis lacernis togatū consistere. Sed togæ varius erat vsus. nā togatus à sagato & paludato distinguebatur, vt in-
Togatus.
Sagatus.
 ermīs ab armato: & rursus à prætextato, vt vir à puero, & vt priuatus à magistratu. Inde illud Ciceronis, Cedant arma togæ. & Lucani de Pompeio, Prætulit arma togæ, sed pacē armiatus amauit. Cicero Philip. xiiii. Nam hoc quidem cum turpe est, tum ne diis quidem immortalibus gratum: ab eorundem aris ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere. Idem, Ne memoriæ posteritatiq; prodatur, propter vnus ciuis periculū, populum Romanū ad saga iuisse: propter eius salutem rediisse ad togas. Huc pertinet quod alibi de tumultu diximus ex octaua Philippica, Tumultus enim tempore iustitiū indicebatur, saga à ciuibus sumebantur, & togæ ponebātur: nisi quod Consularibus solis togatis esse licebat, cum cæteri essent in sagis: vt idem auctor his verbis docet: Equidem Patres conscripti, quāquam hoc honore vsi togati esse solent, cum est in sagis ciuitas: statui tamen à vobis cæterisque ciuibus in tanta atrocitate temporis tantāq; perturbatione populi Romani, non differre vestitu. hoc honore vsi (inquit) id est Consulatu perfuncti. De paludamento nos alibi diximus. De discrimine autem togati & prætextati, vt viri
Prætextati
 & pueri vel adolescentuli, crebra sunt apud auctores exempla, vt apud eundem Ciceronē in Lælio, Ego autem à patre ita eram deductus ad Sceuolam sumpta virili toga, vt quoad possem & liceret, à senis latere nunquam discederem. Toga virilis à puerili distincta erat, quæ prætexta appellabatur: de qua loquens Macrobius in primo Saturnalium ita inquit, Hinc deductus mos, vt prætexta & bulla in vsum nobilium puerorum vsurparentur ad omen & vota conciliandæ virtutis. Idem inferius, Libertinis verò nullo iure vti prætextis licebat, ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo: sed postea libertinorum quoque filiis prætexta concessa est. Toga virilis etiam pura dicebatur: hoc est, nullo purpuræ prætextu distincta. Catullus ad Mallium, Tempore quo primum vestis mihi tradita pura est: Iucundum cū ætas florida verageret. Lucanus in principio septimī libri, pura venerabilis æque Quam currus ornante toga, id est nec picta, nec triumphali, nec prætexta. Plinius libro octauo, Cæcilia prima texuit rectam tunicam, quæ simul cum toga pura tyrones induuntur, nouæq; nuptæ. ἀπὸ φουρον ἰμάτιον καὶ πλεον. Cicero ad Articum libro septimo, Habebamus autem in manibus Antonii concionem habitam x. Cal. Ianu. in qua erat accusatio Pompeii vsque à toga pura, id est ab eius tyrocinio. Toga autem prætexta ideo dicebatur, quia togæ puerili purpura prætexta erat. vnde prætextatus sermo, & mores
Toga virilis, & toga pura.
Toga prætextata.
 prætextati, de quibus in superioribus diximus. Hac veste posita toga virilis sumebatur: ἰμάτιον ἀνδρῶν. id quod anno decimo septimo fiebat, vt ex Tranquillo patet in Augusto, Quadrimus (inquit) patrem amisit: duodecimū annum agens auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit: quadriennio post virili toga sumpta, militaribus donis triūpho Cæsaris Africano donatus est. Idem, Liberis Senatorum, quò celerius reip. assuescerent, protinus virilem togam,

latumclauum induere, & curiæ interesse permisit. Hic autem dies quo toga virilis sumebatur, tyrocinium appellatur: vnde tyrones fori dicti. eo enim die in forum deducti solenni comitatu, causis actitandis initiari solebant. Cuius instar quoddam est apud nos in Curia, cum adolescentes & iuniores curriculum studii iuris emensi, studiique decus docturæ insignia vel subdocturæ meriti, ἥτοι διδάσκαλοι γυμνοὶ, ἢ μετὰ διδάσκαλοι, iureiurando adiguntur in sanctiones regias, in æquum & bonum, in officia atque instituta patronis conuenientia, in curiæ cultum atque obseruantiam: tumque demum admissi in numerum togatorum censentur, quibus causas suscipere agendas in eo confesso licet. Inde illud Vlpiani in tractatu De postul. Minorē decem & septem annis Prætor prohibet postulare: quia moderatam hanc ætatem Prætor ratus est ad procedendum in publicum. Sed de tyrocinio nos alibi diximus. Græcè *δοκιμασία* dicitur. Et quo modo Romani à toga viri censebantur: sic Athenis *ἐδοκιμάζοντο*, id est *εἰς αὐδρας ἐρχόμενοι, καὶ ἐτάσσοντο εἰς αὐδρας*: quod & *πλὴν εἰς αὐδρας* dicitur. Erat etiam vsus togæ in foro: vnde togati causarum patroni & actores dicti: indeq; toga pro oratoria facultate ponitur: vt Lucanus de Marco Tullio, -cuius sub iure togaq; Pacificas saeuus timuit Catilina fœcures. Sicq; illud ipsius Tullii auditur: Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Et illud Taciti, Cogitaret plebem, quæ toga enitesceret: id est patrociniis aduocationumque officiis inclaresceret & ornaretur. Toga etiam alia ratione à prætexta distinguitur. Prætexta magistratuum erat, honorēsque gentium: quæ supra tunicam assumebatur, vt auctor est Nonius. Vnde est illud Satyrographi, -veniet de plebe togata Qui iuris nodos & legū ænigmata soluat, id est de genere plebeio. Comites etiam anteambulonēsque togati erant, quod significatur illo eiusdem Satyrici loco in septima, Respicit hoc primum qui litigat: an tibi serui Octo, decem comites post te: an sit sella, togati Ante pedes. Et itidem in prima, -nunc sportula primo Limine parua fedit turbæ rapienda togatæ. Et apud Martialem in secundo, grex togatus. toga enim purpuræ seruiebat vt apud eundem in decimo, Quid faciet pauper cui non licet esse clienti? Dimisit nostras purpura vestra togas, id est, nunc nō licet nobis officium vobis præstare, cum iam purpurati officiis præstādis successerint. Et toga pro officio ponitur ab eodem in eodem, Lis nunquam, toga rara, mens quieta. Plinius ad Apollinarem, Altius tibi ocium & pinguius, eoque securius: nulla necessitas togæ: nemo accersitor ex proximo. Id quod ideo inualuit, quod ad officia præstanda togati conueniebant, id est ad deducendos comitandōsque amicos honoris gratia. Toga *τήβωνος* & *τήβωνικα* dicitur, vtrunque genere fœminino: & *ἰμάτιον*. Athenæus de Antiocho, καὶ πλὴν βασιλικῶ ἀρχιτέλειος ἐδύτα τήβωναν ἀναλαβών, πῶς ἄγορᾳ ἀρχαιρεπιάζων. ciuilem togam assumens. Alibi, χρυσοῦ φῆ τήβωναν φορῶν dixit. Alii *τήβωνον* & *ἰμάτιον* dicunt pro toga, quæ sic erat ipsa virorum, vt stola mulierum. Inde illud scommaticum in nobili Philip. Sumpsisisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Hæc in templo Iouis Capitolini sumebatur: quod ex Valerio libro quinto intelligimus: Hanc pietatē (inquit) æmulatus M. Cotta, eo ipso die quo togam sumpsit virilem, protinus vt è Capitolio descendit, Cn. Carbonem

Toga.

Toga virilis

Valerij locus.

bonem, à quo pater eius damnatus fuerat, postulauit, peractumque reum iudicio afflixit. sic enim legere malim quàm pertractum. Adnotandum id quod Acron & Porphyrio dicunt, togas Romanas vel laxas vel arctas pro modo census fuisse. quod Horatius in prima epistola innuit his versibus, -mecum contendere noli. Stultitiam patiuntur opes : tibi paruula res est. Arcta decet sanum comitem toga: desine mecum Certare. Quod autem de toga diximus, virorum tantum fuisse, alii verum esse negant: argumentoque sunt ipsis Horatii illi versus in primo Sermonum, Rem patris oblimare malum est ubique. quid inter Est, in matrona, ancilla, peccésve togata? Sed vt Horatii enarratores tradunt, matronæ quæ à maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebant, sublata stola propter ignominiam. At toga meretrici apta, scortaque proflare cum toga pulla solita erant, vt à matronis discernentur. quare adulterii damnatæ, ea veste utebantur: indèque illud Martialis in secundo de mœcha, Vis dare quæ meruit munera? mitte togam. Ibidem de spadone togato,

Togata fœminæ.

Thelyn viderat in toga spadonem:

Damnatam Numa dixit esse mœcham.

Alii togatas pro libertinis exaudire malūt: quia olim libertinæ toga utebantur. Suetonius auctor est Caligulam Cæsarem Liuiam Augustam, cuius ipse pronepos erat, Vlysses stolatū appellare solitum, quibus verbis significatur stolam notam & indicē olim fuisse fœminæ Romanæ. significabat enim Caligula Liuiæ astutia & calliditate parē Vlyssi viro Græco fuisse. Rursus toga multiplex fuit. Erat enim toga cādida, quam petitores magistratuum inducebant: vnde candidati dicebātur ipsi. Plinius in septi. naturalis hist. de Nafica, In toga cādida bis repulsa notatus à populo. Liuius in septi. belli Maced. Varia testimonia legatorum tribunorumq; militum erāt. M. Cato ante alios testes conspiciebatur: cuius auctoritatē perpetuo tenore vitæ partam, toga candida eleuabat. Cicero in candida orationem habuit in Catilinam & Antoniū cōpetitores. De toga pura diximus, quam tyrunculi forenses assumebant tyrocinii die: de qua Cicero ad Atticū lib. ix. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi: idq; municipibus nostris fuit gratum. Toga palmata vestis erat triumphalis, à palma in ea intexta. Martialis in septimo,

Vlysses stolatus.

Toga candida.

Toga palmata.

I. comes, & magnos illæsa merere triumphos,

Palmatæq; ducem, sed cito, redde togæ.

Toga picta vestis publica fuit, summique magistratus. Capitolinus de Gordi. Palmatam tunicam & togam pictam primus Romanorum priuatus suam & propriam habuit: cum antè Imperatores & de Capitolio acciperent, vel de palatio. Lampridius de Alexandro, Prætextam & togam pictam nūquam nisi Consul accepit: & eam quidem quam de Iouis templo sumptā alii quoque accipiebant aut Prætores aut Consules. At toga pulla ab alba distinguebatur. pulla enim in funeribus utebantur, vt nunc atra veste utimur: alba autem in epulo, vel publico, vel parentali: à quibus atrati albatique dicebantur. Cicero in Vatinius, Quæro quis vnquam cœnauit atratus? ita enim

Toga picta.

f iii

Prætexta
toga.

Purpura.

illud epulum est funebre, vt illud munus sit funeris, epulæ quidē ipsæ digni-
tatis. Sed omitto epulum populi Romani, festum diem argento, veste, omni
apparatu ornatuq; visendo : quis vnquam in luctu domestico, quis in funere
familiari cœnauit cum toga pulla? cui de balneis exeunti præter te toga pul-
la data est? cum tot hominum millia accumberent: Cum ipse epuli etiam do-
minus Quintus Arius albatuſ eſſet: tu in templum Caſtoris te cum Tito Fi-
bulo atrato cæterisq; tuis furiis funestum intuliſti. Quis tum non ingemuit?
quis non doluit reipub. caſum? Hunc tu morem ignorabas? nunquā epulum
videras? Albatū λευκα μονοῦτα, atratum μελανι μονοῦτα dixit. Trāquillus in Do-
mitiano, Generum fratris indignè ferens albatos & ipſum miniſtros habere,
proclamauit, ὅτι ἀγαθὸν πολυκισθῆναι. Horatius in ſecundo Sermonum, -licebit Il-
le repotia, natales aliòſve dierum Feſtos albatuſ celebret. quibus verbis ſigni-
ficatur albam togam hilaritatis indicem fuiſſe. Pedianuſ in Præturam vrba-
nam auctoſ eſt prætextam nobilium fuiſſe tam mulierum quā virorū. Ci-
cero in eadem Præt. Eripies igitur pupillæ togam prætextam? detrahes orna-
menta non ſolum fortunæ, ſed etiam ingenuitatis? Prætextam Cicero pupil-
læ tribuit: quam nubentes deponebāt, inquit Feſtuſ. à qua prætextati & præ-
textatę dicebantur pueri & puellæ ingenui & ingenuæ. qua dictione uſuſ eſt
auctoſ Inſtitutionū iuriſ, in tract. De iniuriis. Cicero ruriſ de pupillo quo-
dam, Neque te tam commouebat quòd ille cum toga prætexta, quā quòd
ſine bulla venerat. veſtituſ enim neminem cōmouebat, quem illi moſ & iuſ
ingenuitatis dabat. quod ornamentum pueritiæ pater dederat, indicium at-
que inſigne fortunæ, hoc ab iſto prædone creptum eſſe grauiter homineſ fe-
rebant. de bulla prætextatorum loquens. Prætextatoſ pro ingenuis intelli-
gimus apud Tranquillum in Auguſto, Maritiſ è plebe proprioſ ordineſ aſſi-
gnauit: prætextatiſ cuneum ſuum, & proximum pædagogis. τοῖς πῶδε προφύροιſ,
vt Plutarchuſ in Publicola. Vnde prætextatuſ ſermo, vt ſuperius dictuſ eſt.
Erat ſua magiſtratuum prætexta. Liuiuſ libro ſeptimo ab Vrbe cōdita, Non
patiētibuſ Tacituſ Tribuniſ, pro Conſule vno plebeio treſ patricioſ magi-
ſtratoſ curulibuſ ſellibuſ prætextatoſ tanquam Conſuleſ ſedenteſ nobilitatem
ſibi ſumpſiſſe. Tacituſ libro vnde uiceſimo, Sed ubi Cecinna prætexta & li-
ctoſibuſ inſignibuſ, dimota turba conſul inceſſit, exarſere victoſeſ. Sic apud Ci-
ceroneſ pro domo ſua, Videte prætextatoſ inimicoſ. id eſt in magiſtratu po-
ſitoſ. Et apud Pliniū lib. xxiii. de Petreio, Prætextatuſ immolaſſe ad tibicinē.
Prætexta dicta eſt ob id quòd purpura circūtexta erat: ob quod à græciſ περι-
πύρεφοſ dicitur: cuiuſ erat ſimile apud eoſ geſtamen παραλαβῆ. & vt apud La-
tinoſ prætextatoſ appellatioſe honoribuſ præditi, ſic apud eoſ τῶν ἀπαρτίφων
nomine intelliguntur. Ad ea quę dicta ſunt, pertinet illud Plinianū in nono,
de purpura tyria loquentiſ, Hinc faſceſ ſecuręſque Romanæ viam faciunt:
idēque pro maiestate in pueritia eſt. diſtinguit ab equite curiam: diiſ aduo-
catur placandiſ: omnēque veſtem illuminat: triumphali miſcetur auro. Al-
luſit enim hiſ verbibuſ Pliniuſ ad purpuram magiſtratuum, & ad eam qua pu-
dor ingenuitatiſ ſignificatur, vt inquit Macrobiuſ: & ad ſacerdotalem præte-
xtam, qua ſacriſ operanteſ utebātur: & ad triumphalem, & ad latumclauum,
quod

quod insigne est senatoriæ dignitatis, discriminans senatum ab equestri ordine: eratque non toga, sed tunica. De triūphali Trāquillus in Tyberio, Triumphum (inquit) ipse distulit mœsta ciuitate clade Variana: nihilominus Urbem prætextatus & laurea coronatus intrauit. Lucius Valerius apud Liuiū libro quarto de bello Macedonico in oratione quam habuit pro fœminis ius auri ac purpuræ postulantibus à Senatu, Marco Catone reclamante: Purpura (inquit) viri vtentur, prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura togis vtentur: magistratibus in coloniis municipiisque togæ prætextæ habendæ ius est: nec id vt viui solum habeant tantum insigne, sed etiam vt cum eo crementur mortui: fœminis duntaxat vsum purpuræ interdicens. Quibus verbis omnem prætextæ vsum Liuius complexus, eo etiam amplius docuit eos qui in magistratu moriebantur, prætextatos in rogum ferri, cum prætextæque cremari solitos esse Romæ. Ex Valerio autem intelligere datur hunc morem fuisse, vt prætor (qui iudex quæstionis & quæstor rerum capitalium dicebatur, vt suprà ostendimus) nō antè sententiam in reum noxæ capitalis pronūciaret, quàm prætextæ exuta. Sic enim inquit libro nono, Consimili impetu mortis Caius Licinius Macer, vir prætorius, repetundarum reus, dum sententiæ dicerentur, in Menianum conscendit. Siquidem cum Marcū Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem vidisset: misit ad eum qui diceret se nō damnatum sed reum periisse, nec sua bona hastæ posse subiici. ac protinus sudario quod fortè in manu tenebat, ore & faucibus suis coarctatis, incluso spiritu morte pœnam præcurrit. Prætextæ autem pulla nulli licebat vti auctore Festo, nisi qui funus faciebat. quæ haud scio an alia fuerit à toga pulla, de qua fatis dictum est. Postremo hic addendum, quod prætextati ludos spectabāt, ex Cicerone: qui in illa Philippica admiranda simul & capitali, Quæro (inquit) deinceps, num hodiernus dies qui sit ignores? nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse, vt quintus præterea dies Cæsari tribueretur? Cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsaris tua lege datum deferi patimur? De quo tamen addubitare me facit locus Plutarchi in Catone minore: quo in loco Plutarchus ait Catoni è Cypro redeunti præturam extra ordinem à senatu esse concessam, & ius ludos spectandi prætextato. Sic enim inquit, ἡ τε βαλὴ ἐμφύστατο ὅ καὶ τῶν στρατηγῶν ἡ ἀίρεσις τοῖς δοθῆναι, καὶ τοῖς θεῶν αὐτῶν ἐν ἱερῇ περικλυτῇ θύρᾳ θύειν. vbi interpres purpuream vestem transtulit περικλυτῇ θύρᾳ, vt fortasse apud Ciceronem legendum sit, Cur nunc sumus prætextati? Accedit quod apud Græcos non licebat ludos spectare in veste colorata, vt Lucianus ostendit in dialogo qui Nigrinus inscriptus est, ἀμφὶ δὲ τῶν μὲν γὰρ ἵνα τῇ πολιτῶν ἄρχῃ παρὰ τὸν αἰῶνα δέπω τῇ παναθηναίων, ὅτι βαπτὸν ἔχον ἐθεώρεα. Lazarus Baifus vir eximia eruditione in vtraque lingua præditus, nobis iamdudum in aula agentibus, librum abs se compositū ostendit de vestibus Romanis. cuius cum vnam atque alteram chartam in præsentia legissem: coniecturam ex illis eiusmodi in totum opus feci, expectationem vt excitare potuerit non mediocrem iis qui rerum antiquarum studio oblectantur. Is liber si aliquando exierit, ea (vt opinor) quæ de toga diximus, clariora expli-

Prætextæ à prætore ponebatur cum sententiā capitalē pronūciaturus erat

Prætextæ pulla.

Prætextati ludos spectabant.

catorâque faciet. est enim Lazarus Latinæ Græcâq; compositioni aptus: nomenq; , vt spero, Francicū ea facultate illustraturus. Verum ad rem tandem vt redeamus, atque ad Iurifconfulti responsum: quibus hominibus vti toga Romana licebat, ii vt ciues habebântur. nam qui ciuitatē Romanā amittebant, vsum quoque togæ amittebât. Plinius libro quarto epistolarū, de Liciniano loquens viro prætorio, qui post damnationem profiteri Rhetoricam cœperat in exilio, Is (inquit) cum Græco pallio amictus intrasset (carent enim vfu togæ, quibus aqua & igni interdictum est) postquā se composuit, circūspexitq; habitū suū: Latinè (inquit) declamaturus sum. Suetonius in Claudio, Peregrinitatis reum, orta inter aduocatos leui contētionē, togatūmne an palliatum dicere causam oporteret: quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitū sapius, & prout accusaretur defendereturq; , iussit.

Hospitium
publicum.

Tessera ho-
spitalis.

Ius hospitij.

Iupiter ho-
spitalis.

IN tract. De capti. & postl. reuerf. in cap. Postliminii, Nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque fœdus amicitia causa factum habemus: hi hostes quidem nō sunt.) Quia hospitium quid sit, hoc in loco Accursius non intellexit: sciendum antiqui instituti fuisse, vt hospitii necessitudo non modo inter priuatos, sed etiam inter populos cōtraheretur: neq; id quidem modo, sed etiam inter singulos priuatosque homines & ciuitates. quod genus amicitia Græci *πρόξενον*, Latini hospitium publicum vocauerunt. Nam quod hospitium inter priuatos contrahebatur, Græcè *ιδιόξενον*, Latinè priuatū hospitium dicebatur. cuius erat nota pignusq; tessera hospitalis: vt ille apud Plautum ait in Pœnulo, Deum hospitem & tesseram mecum fero. Et in Cistell. Abi quærere vbi tuo iuriurando satis fiet subsidij: hic apud nos iam fidei confregisti tesseram. Lucianus, ὅτε ἀρχαρχαντίνων πρόξενος ἂν, ὅτε ιδιόξενος αὐτῶν φαλάειδος. Demosthenes in illa nobili oratione pro Ctesiphonte, obiicit Aeschini quod legatos quosdam Philippi hospitio suscepit, & quod hospitii ius cū eis contraxerit. καὶ σὺ πρόξενος αὐτῶν. Liuius libro quinto ab Vrbe condita, de Timasitheo Liparensi loquens, qui legatos Romanos hospitio exceptos, ac Delphos vsque deductos, retro in urbem hospites reduxerat: Hospitium (inquit) cum eo senatusconsulto factum est, donaq; publice data. Idem libro septimo de bello Macedonico, Princeps legationis expositis initiis amicitia cū populo Romano, meritisq; Rhodiorū, Nihil, inquit, nobis tota nostra actione Patres cōscripti, neque difficilius neque molestius est, quàm quod cū Eumene nobis disceptatio est: cum quo vno maximè regum & priuatum singulis, & (quod magis nos mouet) publicum ciuitati nostræ hospitium est. Cicero in Verrem acti. vltima, de Senatu Syracusano loquens, Decernunt statim vt fratri meo hospitium publice fieret: quod is eandem voluntatem erga Syracusanos habuisset, quam ego semper habuissem. id non modo tum scripserunt, verum etiā in ære incisum nobis tradiderunt. Cæsar de Heduis loquens, Quibus præliis calamitatibusq; fractos, qui & sua virtute & populi Romani hospitio atque amicitia plurimū antè in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare. Arctum autē necessitudinis huius fuit olim vinculum, atque etiam diuini numinis reuerentia sanctū, quod iuris huius disceptationi præfuit antiquitas, Iouem hospitem appellans & inuocās, quasi hospitii præsidē &

& vindicem. Græci ξένιον & ἐφέςιον dicunt, quasi contubernalem, aut lararium. Cicero in Ver. proximè citata, Pater aderat Dexio Tyndaritanus, homo nobilissimus, hospes tuus: cuius tu domi fueras, quem hospitē appellaueras. eū cum illa auctoritate & miseria videres præditum, non te eius lachrymæ, non feneſtus, nō hospitii ius atque nomen à scelere aliquam ad partem humanitatis reuocare potuit? Sed quid ego hospitii iura in hac tam immani bellua cōmemoro: qui Sthenium absentem hospitem suum in reos retulerit? Idem in Ver. tertia, hospitii necessitudinem arctissimam appellat. In cuius locū hodie succēssit populorum quorundam instituto affinitas mystica, quæ lauacro initiali contrahitur natali innocentix hominum beatricis. Cuius necessitudinis iura intercedūt non modò expiantibus cum expiatis: sed etiam expiationis arbitris atque nuncupatoribus inter se, & inter nuncupatos, eorumq; parentes nullam enim perfidiā secleratiorem illi merito esse censent, quàm quæ in eum vel ab eo concipitur & admittitur, quem quis ob id delegit & accersiuit, vt filium suum aut filiam tolleret, nascendi conditione æternæ neci miserandæq; expositum. Præclarum verò erat, & dignitatis plenum, quod Cicero de Senatoribus Ro. inquit in quinta in Verrē acti. his verbis, Ecquæ ciuitas est non modò in prouinciis nostris, verū in vltimis nationibus, aut tam potens, aut tam libera, aut etiam tam immanis ac barbara: rex denique ecquis est, qui senatorē populi Romani tecto ac domo non inuitet? qui honos non homini solū habetur: sed primū po. Rom. cuius beneficio nos in hunc ordinē venimus: deinde ordinis auctoritati, qui nisi grauis erit apud socios in exterisq; nationes, vbi erit imperii nomē & dignitas? Mamertini me publicè nō inuitauerunt. Me cum dico, leue est. senatorē po. Ro. si non inuitauerūt, honorē debitū detraxerunt. Hospitii autē publici, cuiusmodi in hoc cap. fit mētio, memorabile est exemplū apud Herodotū in sexto, qui ἐξ αὐτοῦ ab eo inscriptus est. de Milesiorum enim euersione loquens ita inquit, Milesiis autem in hunc modum à Persis affectis, Sybaritæ qui vrbe suā exacti Laum & Scidron incolebant, gratiam parem non rependerunt. Siquidem Sybari olim capta à Crotoniatis, Milesii omnes puberes capita rasitare institerunt, ingentemq; luctū præferre ob calamitatē Sybaritarū. duæ enim illæ ciuitates omniū quas nouimus, maximè inter se hospitio cōiunctæ fuerunt. Non sic autem Athenienses vt Sybaritæ: qui cum manifesta alioquin indicia cōdolescentiæ multifariam eam ob causam dedissent, insuper Phrynico tragœdiam de Mileto capta scribente, per Scenicósque edente, cum theatrum ipsum in lachrymas versum esset, ipsi Athenienses poematis auctore mille drachmis mulctarunt, tanquam proprias eorum calamitates commemorasset.

De Senatoribus Romanis.

Hospitiū inter Milesios & Sybaritas

Q V O D sequitur in eodem cap. de Menandro interprete, latius narratur à Marco Tul. in oratione pro Cornelio Balbo his verbis, Ius omne mutandæ ciuitatis nō solum in legibus publicis positū est, sed etiā in priuatorum voluntate. Iure enim nostro neque mutare ciuitatē quisquam inuitus potest: nec si velit mutare, nō potest: modò adsciscatur ab ea ciuitate cuius esse se ciuitatis velit: vt si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, vt sit is ciuis Gaditanus, magna potestas sit nostro ciui mutandæ ciuitatis: nec

foedere impediatur quo minus ex ciue Ro. ciuis Gaditanus possit esse. Duarum ciuitatum ciuis noster esse iure ciuili nemo potest : non esse huius ciuitatis ciuis, qui se alii ciuitati dicarit, potest. Neq; solum dicatione (quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo, Q. Philippo Nuceria, C. Catoni Tarracone, vidimus accidisse, vt earum ciuitatum fierent ciues : hanc antè amittere non potuissent, quàm huius solū ciuitatis mutatione vertissent) sed etiā postliminio potest fieri ciuitatis mutatio. Neq; enī sine causa de Cn. Publicio Menādro libertino homine, quē apud maiores legati nostri in Græciā proficiscentes interpretē secum habere voluerunt, ad populum latum, vt is Publicius si domum reuertisset, & inde Romam rediisset, ne minus ciuis esset. Ex verbis tam Ciceronis quàm Pomponii intelligendum datur, Menādrum genere Græcum, seruum hominem fuisse: qui cum libertatē publicè priuatimve meruisset, factus est ciuis Romanus, cum liberti patronorum originem sequantur. deinde vt interpretis munere fungeretur, cum legatis Romanis linguæ tum Græcæ ignaris profectum esse. Verum in hoc Menandro rogationem necessariam fuisse Cicero censet & affirmat: ne postliminio in ciuitatem suam rediisse videretur, sicque ciuis Romanus esse desineret. Pomponius cōtrā superuacaneam fuisse dicit: nimirum vt Iuriscōsultus de iure respondēs: Cicero vt causæ patronus, & causæ inferuiens. Intellego autem Menandrum origine liberum, captiuitate seruum fuisse. aliàs vt seruus ciuitatem non habuisset in Græcia, nec in eo postliminium valuisset. quanquam Cicero libertinum eum vocat, quasi liberti filiū, si quidem verum est id quod Tranquillus in Claudio de antiqua huius vocis significatione scripsit. Quoniam verò hic de iure ciuitatis agitur, addam id quod idem Tullius superioribus verbis subdidit: Atqui cæteræ (inquit) ciuitates omnes nō dubitarent nostros omnes recipere in suas ciuitates, si idē nos iuris haberemus quod ceteri. Sed nos nō possumus & huius esse ciuitatis, & cuiusuis præterea: cæteris concessum est. Itaque in Græcis ciuitatibus videmus Athenis Rhodios, Lacedæmonios, cæteros vndique ascribi, multarūque esse eosdem homines ciuitatum. quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, nostros ciues, Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero: cū ignorarent, si illam ciuitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent. peritus verò nostri moris ac iuris nemo vnquam, qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam se ciuitatem dicauit.

I N eodē tracta. cap. Non dubito. Non dubito quin foederati & liberi nobis extranei sint.) Lego, extranei vel externi non sint, contra fidem exemplariū: vt sensus cōsentaneus sit. hoc est, vt liberi & foederati exterarū gētium nomine non cēseantur, inter quas & populo Romano erat ius postliminii. Foederati sunt, nō (vt Accursius cēsuit) quibuscū induciæ factæ sunt: sed ii cū quibus populus Romanus amicitia coierat, sociosq; appellabat. Liberi dicebātur populi, qui in prouinciæ formā non erant redacti, quiq; nihil Romanis pensabant. Qui autē certis cōditionibus pactisq; pēnsionibus in amicitiam venerant, ii stipendiarii vocabantur. Plinius lib. iii. de Hispania citeriore loquens, Prouincia (inquit) ipsa cccxiii. continet oppida. In his colonias xii. oppida ciuium

Foederati.

Liberi.

Stipendiarij.

ciuium Romanorū xiii. Latinorū veterū xviii. fœderatorū vnum, stipendiaria cxxx. Et de Betyca, Oppida (inquit) habet Latio antiquitus donata xxix. libertate sex, fœdere tria, stipendiaria cxx. Idem auctor Aruernos in Gallia, Santones & Bituriges liberos fuisse tradidit. Suetonius Trāquil in August. Romæ legatos sociarū liberarūq; gētiū vetuit in Orchestra cōsidere: cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Et in Calig. de Germa. Cæsare, Domi forisq; ciuilib, libera ac fœderata oppida sine lictoribus adibat. Quibus verbis significat modestiores populi Ro. magistratus nō esse solitos cū fascibus insignibusq; magistratuū quasi imperiosē versari iter socios & fœderatos. quod Proculeius hoc in loco significat, cum inquit: Liber autem populus est is qui nullius alterius populi potestati subiectus est: siue is fœderatus est, siue nō fœderatus est. hoc enim mēbrū deesse hic mihi videtur, atq; restituendū. Quidā enim liberi & fœderati erant: quidā liberi tantū: vt ex dictis citatisq; locis liquet. Quoniā verò non semper æquis conditionibus externæ gentes in populi Ro. amicitiam admittebantur: ideo illa verba adiiciebantur, quorum hic meminit Proculeius, Vt is populus populi Ro. maiestātē comiter conseruaret. hoc est obsequium obseruantiamque liberis non indignam, nec indecoram imperio Romano populōque benignè exhiberet: & vt comiter obsequiosum se ille populus populo Romano præberet, curaretque vt imperiū semper penes Romanos esset. Hoc enim ferè significant illa verba, vt in superioribus ex Ciceronis loco explicuimus, in illa oratiōe pro Cornelio, cum hoc verbum Maiestas enarraremus. Hic autem non conseruaret, sed conseruet legendum. quod verbum in fœderibus imperandi modo concipiebatur, si Ciceroni credimus, vt significaretur imperiū retineri ab eo populo qui obseruandus erat. Imperandi enim modo lex vti solet: vt sunt illa in X I I. tabu. Magistratus nec obœdiētē & nocuum ciuem, multa, vinculis, verberibūsvē coercento. Militiæ ab eo qui imperabit prouocatio ne esto. Comiter etiam non communiter, vt Accursius adnotauit, legendum esse ex Cicerone patet. De imperandi modo quod diximus, ex Liuiο etiam probatur libro octauo de bel. Maced. Diu iactati (inquit) Aetoli, tandem vt ad conditiones pacis conuenirent, effecerunt. Fu erunt autem hæ: Imperium maiestātēque populi Romani gens Aetolorum conseruato sine dolo malo. Nequem exercitum qui aduersus socios amicōsq; eorum ducetur, per fines suos trāsire finito. Eosdē hostes habeto quos populus Romanus: armaq; in eos ferto. Sequitur inferius, Et quemadmodum clientes nostros intelligimus liberos esse, etiā si neque auctoritate neque dignitate neque viri boni nobis præfunt. quod corruptum esse facile est intelligere, & Accursius videtur intellexisse: sed quomodo sit emendandum, non perinde est in promptu. Ego sola coniectura adducor, vt ita locum legam: Etiam si neque auctoritate, neque dignitate, neque iure omni nobis pares sunt. Clientes autem intelligo prouinciales vel Italicos populos, qui se in clientelam dabāt proceribus Romanis: de quibus Cicero in Diuinatione, Clarissimi viri nostræ ciuitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimūque ducebant, ab hospitibus clientibūsq; suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Romani ditio-

Po. Romani
maiestatē co
mitter conser
uare.

Imperandi
modi vsus.

Clientes.

neq; essent, iniurias propulsare, eorúmque fortunas defendere, & reliqua quæ Cicero longius prosequitur. Ferebat autem eiusmodi necessitudo, vt cliētes patronorum auxiliis & suffragatione Romæ caput ac fortunas suas bonaq; omnia sua tuerentur & vindicarent: rursusq; vt patroni à clientibus suis omni obsequio liberali obseruantiaq; colerentur. Quod ius non personale modo, sed etiam hæreditarium erat atque gentilitium, vt auctor est Cicero ibidē, & lib. xiii. epistol. Silio scribens, Quare si te (inquit) fautore vsus erit, amplissimas clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit, & beneficiis suis obligare. Idem ad eundem, Præterea cum sociis scripturæ mihi summa necessitudo est: non solum ob eam causam, quòd ea societas vniuersa in mea fide est: sed etiam quòd plerisque sociis familiarissimè vtor. In mea fide est: id est in meo patrocinio. Legimus apud Cæsarem in secundo de bello ciuili, magnas fuisse Pompeii clientelas in Hispania. Fuerunt & clientelæ priuatæ *πλάται*, à Romulo institutæ, quarum meminit Plutarchus in eius hist. Sed de clientelis satis in superioribus diximus. Clientes à Græcis *πλάται* & *δεσποτῆρες*: Patroni *πρόται* dicuntur, & *πάτρωνες*. Quod autem dicitur in fine huius capituli, At si fuerint apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis, & in eos dānatos animaduertimus: ideo adiectū est, quòd Romanis magistratibus in liberos populos ius dicere non licebat. Quare Cicero de L. Pisone loquēs in oratione de provinciis consularibus, Omitto (inquit) iurisdictionem in libera ciuitate contra leges senatusq; consultum. Et paulo inferius, Emisi grandi pecunia à fœdissimo tribuno pl. vt tibi de pecuniis creditis dicere liceret ius in liberos populos contra senatusconsulta, & contra legem generi tui.

IN eodē tract. De captiuis, cap. Quòd si filius. Ex quo pater hostium positus est.) Lego, hostiū potestati subditus est. Cui lectioni Accursius astipulatur. Et in cap. sequēti, Item in pace qui peruenerūt ad alteros, si bellum subito exarsisset, eorum serui efficiuntur, apud quos iam hostes suo facto deprehenduntur. Sic legit Accursius, sed absurdē. Legendum igitur, suo fato.

IN cap. Postliminiū. Filius: Quia disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis quàm charitas liberorum.) Accursius hic deceptus est homonymia: ideòque perperam intellexit liberorum charitatem posteriorem tempore fuisse disciplina militari. quod perinde absurdum est, elementisq; iuris absolum, atque si ius naturale posterius esse & recentius iure gentium dixerit. Antiquius enim non modò vetustius, sed etiam potius ac venerabilius significat. Fabius in quarto, Vt in armorum ratione antiquior cauendi, quàm iētum inferēdi cura est. Antiquiorem curam dixit, quæ prius animum occupat, id est potiore. Sic Plinius ad Caluissium, Saturninus qui nos reliquit hæredes, quadrantē reipublicæ nostræ, deinde pro quadrante præceptionem quadringentorum millium dedit. hoc si ius aspicias, irritum: si defuncti voluntatem, ratum & firmū est. mihi autem defuncti voluntas (vereor quam in partem Iurisconsulti quod dicturus sum, accipiant) antiquior iure est: utique in eo quod ad cōmunem patriam voluit peruenire. id est, indulgere ego potius testatoris iudicio constitui, quàm iuris vti exceptione, videlicet quòd reipublica hæres institui iure nequeat. Cicero ad Atticū libro decimo, Itaque qui

Antiquius.

qui nunquam egit vt Hispaniæ per se tenerentur, naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. id est potissima, & cordi in primis fuit. Hoc à Græcis sumptum est, apud quos ad verbum dicitur, *τὰς τῶν ὑπὸ μέλει τῇ πατρὶς μά- λιστα ἐπὶ σέβει*. vt Synesius, *ἐὶ φιλοσοφία προσέδωκεν οἷον ἀπάθειαν αὐτῶν, αἱ μέσαι δὲ ἔξαις εἰς μετριοπάθειαν ἴσανται, τῶν ἀπειροπάθειαν πᾶς χώρος τάξομεν*. id est primo loco ponere, & antiquissimum ducere. Tranquillus in Vespasiano, Per totum imperii tempus nihil antiquius habuit, quàm nutantem rempublicam stabilire. *ἔδιν προεργαζόμενον ἢ ἡγήτο*: vel *ἔδιν περιμώτερον*: vel ad verbum, *ἔδιν προσβύττον ἔχων*. Herodotus in quinto, *τὰ γὰρ θεῶν προσβύτερα ἐπινοῦτο ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων*. res diuinas antiquiores humanis habuerūt: id est præuertēdas, & potiore cura prosequēdas. Inde apud Homerum in Odyss. *Νέστορος ἐνυρδίκην πρόσθα κλυμύλοιο θυγατρῶν. ἢ πρόσθα καὶ ἐνι μοτάτῃ*. Sic in libro de diuinis nominibus Dionysius, summos angelorum ordines *προσβυτάτας δυνάμεις* vocat. Et presbyteri non tam seniores quàm prudentia & grauitate venerabiliores significantur Græco vocabulo, ab ipsis parum intellecto, qui ea appellatione cēsentur. Et eorum (si diuis placet) quosdā nō pudet pro cōcione dicere atq; vociferari, linguæ Græcæ ignorationē quasi sanctissimæ atque innocētissimæ doctrinæ rudimentum & exordiū, summo- pere amplectēdam ac profitendam: vsque adeò stomachū rusticitatis semper offendit non nitor modo atque elegātia, sed etiam germana rerum incorruptaque natura. Antiquior igitur fuit Romanis parentibus cura castrensis disciplinæ, quàm liberorum indulgentiæ: vt Manlio illi Torquato.

IN cap. Desertorem, sub titulo De re militari, duæ sunt mendæ minutule, nec tamen conuiuetia prætermittēdæ. Prior est in §. Is qui exploratione emanet hostibus insistentibus: aut qui à fossato recedit, capite puniendus est. Addēda particula in: vt sit, in exploratione: & fossa legendū, nō fossato: vt sit, qui à fossa tum recedit. Capitalem (inquit) animaduersionē meretur qui explorandi prætextu, cum hostes castris instarent, aut exercitum vrgerent, à re gerēda & prælio abfuit: aut cuius culpa cum exploratum missus esset, hostes exercitum improviso oppresserunt. Quod Accursius malè intellexit de eo qui ab hostibus exoratus emanfit: item qui pro vallo aut fossa collocatus, stationem & locum non tenuit. Altera menda est vnus literæ, sed responsi sententiam immutans.

IN §. In bello. In bello qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capite punitur, etiā si res bene gesserit.) Sic Bartolus post Accursium legit. Ego verò nō gesserit, sed cesserit lego. *καὶ ἐν ὑπὸ τῇ χειρὶ*: id est etiam si exitum rei fœlicem fors dederit. *καὶ ἐν ὑπὸ τῇ χειρὶ τὸ πρᾶγμα*. alioquin Iurifconsultus dixisset, Etiam si rem bene gesserit, id est egregiè pugnauerit. Aliud est enim rem gerere, id est pugnare: & aliud res gerere: vt Plinius libro secundo, In Arabico sinu res gerēte Cæsare Augusti filio, signa nauium ex Hispaniensibus naufragiis sunt agnita. id est belligerante. Idem in quinto, Scipione Aemyliano res in Africa gerente, Polybius annalium conditor ab eo accepta classe, scrutandi orbis illius gratia circunuectus est.

IN §. proximo. Et cum multi milites in aliquod flagitium conspirent, vel si legio deficiat, auocari militia solent.) Accursius hunc locum inscitè interpretatus est, ignorans interdum integras legiones exauctuari solere. Cuius

IN §. proximo. Et cum multi milites in aliquod flagitium conspirent, vel si legio deficiat, auocari militia solent.) Accursius hunc locum inscitè interpretatus est, ignorans interdum integras legiones exauctuari solere. Cuius

Legiones
exauētorā-
tæ.

instituti exemplum est apud Lampridium in Alexandro, qui de exauētorāta vna legione loquens, ita inquit, Cum nihilominus post ista fremerent, exclamauit: Quirites discedite, atque arma deponite. mirando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, non ad castra, sed ad diuersoria varia discesserūt. Et paulo post, Eam tamen legionem quam exauētorauerat, rogatus, post dies triginta, priusquam ad expeditionem Persicam proficisceretur, loco suo restituit. Cui simile est illud Cæsaris apud Lucanū in quinto Pharf. Tradite nostra viris ignaui signa Quirites. Et quod sequitur, Iā certē mihi bella geram: discedite castris: Tradite nostra viris ignaui signa quirites. Quirites enim eos appellantes, significabant non esse milites, sed ciues tantum Romanos, & paganos iam esse. Olim autem cum exercitus vniuersus peccauerat capitaliter, legiones decimabantur.

Quirites,

Præcisum,
præfractū,
abruptum.

IN cap. Qui cum vno eodem sub titulo Non omnis. Non omnis qui litem habuit, & ideo militauerit, exauētorari iubetur: sed qui eo animo militiæ se dedit, ut sub obtentu militiæ preciosiorem se aduersario faceret.) Lego præcisorem, id est duriorē & intractabiliorem. Ex imitatione Græcorum id tractum est, ut pleraque Latinorum. ἀπότομον enim dicunt τὸ σφαγὴ καὶ σκληρὸν καὶ ἀπόκημνον. quod Latini & præfractum, & præcisum, & abruptum dicunt, atque etiam abscissum. Quintilianus in decimo, Qui præcisis conclusionibus obscuri, Sallustiū atque Thucydidem superant. Et in septimo, Præcisam verborū comprehensionem, appellant definitionem dialecticam, quæ difficilior est tractatu oratoria finitione. Gellius, Obscurè hoc & præcise dictum Metaphora inde (ut opinor) tracta, quod quæ præcisa sunt, ea sunt iusto cōcisiora & breuiora, indeque obscuriora. vel à faxis præruptis, quæ ἀπὸ κρημνα dicuntur, vnde descensus durior est. Valerius libro secundo, Aspero enim & abscisso castigationis genere militaris disciplina indiget. Idem libro sexto, Sed aliquanto Charondæ Tyrii præfractior & abscissior iustitia ad vim & cruorem vsque. Liuius libro xxv. Nec fermè quicquam satis arduum aut abscissum erat, quod hosti aditum ascensumve difficilē præberet. Abscissum pro abrupto & prærupto dicit, cui contrarium est molle: ut, Sola viri molles aditus & tempora noras. apud Virgilium. Et mollis cliuus, & mollire cliuum, & molle fastigium: quibus Cæsar vtitur. Nō absimile est refractarium: quod nonnulli quibus iusto maior incessit (mea quidem sententia) purè & inculpatè loquēdi religio, eximere Latinæ linguæ, ut multa alia, volūt. Est enim & ipsum à Græcorū imitatione tractum. nam quo modo illi αἰτί-τυπον, vel ut alii αἰτι-τυπῆς, εἰς σέβρον καὶ αἰένουπον dicunt: sic Latini refractarium, quasi reperiens ad tactum, & reluctans. Cicero ad Atticum libro secundo, Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demosthenes: & quod se ab hoc refractariolo dicendi iudiciali genere abiunxerat, ut αἰνός-περος καὶ πολυ-κνώ-περος videretur: curare ut meæ quoque essent orationes quæ consulares nominarentur. Non pauca & alia sunt quibus ille auctor in epistolis vsus est & libris philosophicis: ut Pendeo animi expectatione Corfiniensi, ad Atticum. & alibi, ut decussare, rotūdare, & sesquitertium, sesquialterum, sesquiquartum, & vltiora: quæ Latina esse negantur à viris alioqui

Abscissum.

Molle.

Refractariū.

de

de lingua Latina egregiè meritis: fortasse quia vno in opere Ciceronis leguntur. Quod si vna & altera eius auctoris charta intercidisset, vt multa opera interciderunt: tantum iacturæ Romana lingua fortunæ iniuria fecisset. Nam quod illud eiusdem de Oratore laudant in sententiæ suæ testimonium: Pes enim qui adhibetur ad numeros, partitur in tria: vt necesse sit partem pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altero tãto, aut sesquimaiolem: quasi sesqui ^{Sesqui.} semissem significet siue dimidium: ego eos falli puto mendosa lectione, itaq; esse legendum: Aut altero tanto maiorem, aut sesqui. id quod indicant ea verba quæ sequuntur: Ita sit (inquit) æqualis dactylus, duplus iambus, sesqui pæan. Sesqui, vt opinor, *ἡμιόλιον* dixit, hoc sensu: vt pes duplus sit qui altero tãto maior est in secunda sui parte: qui autem non altero tanto, sed dimidio maior est, sit sesqui. Nam sesquimaiolem vt dixerit Cicero, mihi persuadere non possum. Abscissum igitur Callistratus Iuriscōsultus pro fixo & certo posuit, in quo euariare non licet. Demonstratur (inquit) variè nec abscissè, numerū liberorum ad excusationem munerum municipalium prodesse. id est, qui numerus munerum immunitatem præbet, nec status nec fixus est. Hoc vsitatius præcisè dicitur: & præcidere verbum in ea re cōmodius est. Cicero in Acad. ^{Præcisè.} Stoicis placet peccata esse paria: at Antiocho hoc vehementissimè displicet. ^{Præcidere.} Liceat tandem considerare vtram sententiam sequar. Præcide, inquit: statue quidlibet: & desume vtrum magis probes. *ἀπόκειν, προσδιόρισται.* Est enim, vt opinor, translatio à fabili more ducta. nam fabri quod defecare serra volunt, prius linea ducta signant & præcidunt. vel à more vestem lineam sericam venditantium. quod enim emptori addixerunt, & ad mensi sunt, prius leuiter incidunt quatenus mensura procedit, deinde abrumpunt: quando ita fert natura vestis, vt secundum præcisuram rectis lineis dirumpatur. Præcisè pro durè, & præcidere pro durè negare. Idem ad Atticū libro octauo, Quibus literis ita respondit Dionysius tuus, vt ego nemini cuius causam non reciperem, nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcisè negaui, quàm hic mihi. planè sine vlla exceptione præcidit. nihil cognoui ingratius. Et lib. x. de eodem loquēs, Quod quia planè cum in Formianum venisset præciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. *ἀποτίμως ἢ ἐφ' ἡ ποιήσειν: ἕκαστος μὴ ποιεῖν ἀποτίμως ἐχέοντα.* Vernaculo prouerbio dicimus, postulati vel expectationis epistomiū abscindere, metaphora à vasis vinariis tracta: hoc est spem rei præcidere: vt Præcidere defensionem, præcidere reditum, & alia quibus Cicero ipse vititur: vt in Pisonem, Sed de reditu Gabinii omittamus, quem ipse sibi præcidit. *ἢν αὐτὸς ἑαυτῷ ὑπετίμητο.*

IN eodem cap. Grauius. Grauius autem delictum est detrectare munus militiæ, quàm appetere. Nā qui ad edictum olim non respondebant, vt proditores libertatis in seruitutem redigebantur. Sed mutato statu militiæ recessum à capitis pœna est: qua plerunque voluntario militi numeri supplentur.) Legendum milite in ablatiuo Sed quoniā huius dicti sensum Accursius non intellexit: silentio prætereundam tam minutam mendam non censuimus. In superiore responso dictum est, in eos vindicandum, qui ad desertionis pœnam vitandam in aliam centuriam legionemve allegi se passi sunt. Hic autem di-

Respondere
ad edictū, &
ad nomen.

Dare nomē
militiæ.

Imaginaria
militia.

Præsidium &
Præsidia.

Principia
militaria &
castrenſia.

cit maiori olim crimini datum eſſe militiā detrectare, hoc eſt fugitare, vt ſuperius explanauiſus: quā militiam contra ius affectare. nam qui vel in tumultu, vel in alio genere belli ſuſcipiēdi nominatim in tribu ſua citati ab eo qui delectus poteſtatem habebat, non reſponſiſſent: ii libertate mulctabātur, vt libertatis proditores, id eſt ſtatus popularis, qualis erat Romæ ante Cæſarem dictatorem. Poſtea auctis militiæ commodis, ratio delectus habendi immutata. Plerunque enim non niſi voluntarii milites centuriatim allegebātur, id eſt οἱ ἐκλοντοδὺν ἑκατόμυλοι. Eſt autem reſpondere ad edictum, ἀπαντᾶν πρὸς τὸν κατὰ λόγον, πρὸς τὸ παρὰ χεῖμα ἀπαντᾶν. quod reſpondere ad nomen dicitur. Liuius libro ſeptimo, Acerbitas in delectu, non damno modò ciuium, ſed etiam laceratione corporum lata, (partim virgis cæſis qui ad nomina non reſponſiſſent, partim in vincula ductis) iniuſa erat. Inde dare nomen militiæ, eſt ad delectum ſeſe exhibere. Cicero in Philip. Re & veritate nobis milites ſine vlla recuſatione ſummo etiam cum ſtudio nomina dant. ἐανδὲν οὐδὲ δασιὺ ἀπογράφειν. Numeri militares vocari cœperunt, quæ cohortes legioneſq; prius vocabantur propterea quòd Græci κατὰ λόγους vocabant τὰ τάγματα: & qui ſupra numeros aut extra numeros eſſent, ἑκτακτοι appellātur, quaſi extra vel ſupra numerū accenturiati: vel vt Polybius vocat, ὑδὲλεκτοι. Tranquillus in Claud. Equeſtres militiaſ ita ordinauit, vt poſt cohortē, alam: poſt alam, tribūnatum legionis daret: ſtipendiāque inſtituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur ſuper numerū: quo abſentes & titulo tenus fungerentur. Maior eſt Latinitatis ignorātia illa Accuſſii in cap. ſequentiſ. Qui captus, in hiſ verbis interpretandis: Item qui in præſidio captus eſt, in eadem conditione eſſe certū eſt. Ignorauit enim præſidium ſignificare numerum & ſtationē militum ad urbem vel arcis cuſtodiam deſtinatorum: licet etiam in vniuerſum ὑδὲλεκτα & ἀσφάλισμα ſignificet, & φυλακὴ πείον, atq; πρὸς βλημα: in plurali verò partes & caſtra: vt Cicero pro Ligario, Dic te Cæſar de facto Ligarii iudicem eſſe: quibus in præſidiis fuerit, quære. Idem, Læguidiore, credo, ſtudio in cauſa fuiſtis: tantum modò in præſidiis eratis: animi verò à cauſa abhorrebant. μόνον οὐ τῇ μελεῖδι ἐπιτηχεῖν πε ὄντες: ὅς μὲν τοι τὰ τῷ μὲν ὁδὸς ἐφροῦνται. Verum hæc & huiuſcemodī alia animaduertere, vel cuiuſſis eſt hodie, qui modò literas meliores aliquantum attigerit: vt illud in capite Officium, infrā hoc eodem ſub titulo, Officium Tribunorum eſt milites in caſtris continere, principiis frequenter intereſſe, querelas cōmilitonū audire. quod Accuſſius pro cætera ſua Latinitatis peritia interpretatus eſt: ignorans militaria principia Latinè, vt Græcè ἀρχαῖα, eſſe dicta à principibus, qui in ſecunda acie erant. Nam cum in acie prima eſſent haſtati, in ſecunda erant principes, in tertia triarii, vt auctor eſt Liuius libro octauo. Hi principes etiam Antepilani dicebantur, & robur exercitus. Inde illud Teretianum, Inde ego poſt principia omnibus ſignum dabo. Tranquillus in Othone, Ibi omiſſa mora ſuccollatus, & à præſente comitatu Imperator conſalutatus, inter fauſtaſ acclamationes ſtriçtòſq; gladios ad principia deuenit. Liuius, Vbi triarii conſurrexerunt integri refulgētib; armis, noua ex improuiſo orta acies, receptis in interualla ordinū antepilaniſ, clamore ſublato principia Latinorū perturbāt. Principia pro ordinibus principum poſuit:

vt

vt Sallustius in Iugurtha, Aciem sicut instruxerat, trásuersis principiis in planum deducit. Principia etiam erant in castris, vbi ius reddebatur. Cicero ad Brutum, Spes libertatis nusquam nisi in nostrorum castrorum principiis est. Liuius libro octauo secūdi belli Pun. Forma tamen castrorum Ro. constabat vna ea spe, quòd milites tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisq; rati forent, & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab eis petebant, & in stationes ac vigiliis ordine ibant. Iustinus, Ordines quoque nemo in exercitu Alexandri nisi sexagenarius duxit: vt si principia castrorum cerneret, senatum te alicuius reipublicæ cernere diceret. Plutarchus in Galba, de Quinio loquens, *πὺ γυναικα τῷ ἡγεμόντος πρὸς αἰσῶνι νύκτωρ εἰς τὸ στρατόπεδον οὐ ἐδύνε στρατιωτικῇ, καὶ διέφθειρεν οὐ τοῖς ἀρχαίοις, ἀ πριγκίπισσιν καλῶσι ῥωμαῖοι.* De ratione & modo institutisq; castrorum Romanorum Polybius *ὡς δὲ πρὸς πολιτείας τῶν ῥωμαίων* luculenter scripsit. Sic autem accipiēda sunt principia in cap. Iubemus, De erogatione militaris annonæ, lib. xii. Codicis Augustalis. quod Accursius identidem repetitum, nusquam intellexit. Inter alia autē hoc quoque Castrensis erat moris, iurisq; militaris, vt milites à Centurionibus vitæ caderentur: id quod adnotatum ad id pertinet, quod in cap. Miles, dicitur inferius: Miles si vitem tenuit, militiā mutat. Plinius libro decimoquarto, Centurionū in manu vitis opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas: atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat. Iuuenalis de Mario, Nodosam post hæc frangebat vertice vitem, Si lentus pigra muniret castra dolabra. Plutarchus in Gal. *κλῆμα ἑκατοντάρχης* uocat, id est vitem centurialē, vt Macrobius. Inde factum vt Spartianus vitem pro centurionatu acceperit in Hadriani vita. Inde sub vitem præliari dicuntur milites, auctore Felso.

Vitis Centurionum

IN cap. penultimo eiusdē tra&. De re milit. Ex causa desertionis notatus ac restitutus, tēporis quo in desertionis causa fuerit, impēdiis expūgitur.) Stipendiis legendum est omnino: etiam si nullam huius lectionis fidem, nec indicium vllum in exemplaribus inueni. In cap. Qui excubias, suprà eodē hoc titu. Sed ex causa desertionis restitutus in militiā, non aliter mediū tēporis stipendia & donaria accipit, nisi ei hoc specialiter liberalitas principalis indulserit.) Hic cum in omnibus exemplaribus donaria legatur, simili tamen temeritate vel casus vel emendatoris hæc mendam irrepsisse in libros qui extant, atque illam superiorē, facile est iudicare. non enim donaria, sed donatiua. Plautus in Gurg. Miles pulchrē cēturiatus est expunctus in manipulo. Cicero ære dirui vocat, vt alibi diximus. Donatiuū autē largitio est imperatoris in milites: id est *λαμπρὰ ἑδίδδοις*. quæ eadem in populum facta, congiariū dicitur. Donarium autē est *ἀνάθημα*, qualia videntur in fanis. Tranquillus in Calig. Pronunciatoque militi centenis viritim denariis, quasi omne liberalitatis exemplum supergressus: Abite (inquit) læti, abite locupletes. Primus autem Claud. Augustus instituisse ab eodē dicitur, vt Imperatores Ro. in auspiciu imperandi donatiuū militibus pronunciarent. Quod autē sequitur, Quod si ratio constiterit, neque desertorem fuisse apparuerit, omnia stipendia circa temporis finē redduntur: hunc habet sensum, Quod si ille qui desertionis suspectus est, rationem aliquam causamq; iustam fuisse docuerit quamobrem abesse si-

Donatiuū,
& Congiarium.

bi contigerit. hoc enim significat rationem constare. Plinius iunior ad Minu-
 Ratio cōstat tium, Mirum est quàm singulis diebus in vrbe ratio aut constet, aut constare
 videatur. id est, mirum est, quàm officio quisque in vrbe præclare fungi vide-
 mur, beneq; operas collocare, singulisq; horis ciuilitate seruire: id est nihil tem-
 poris hominibus deperire. eo modo quo dicitur, rationē alicui constare, quan-
 do acceptorum ratio non superat impensorum rationem & reliquorum.

IN cap. Hereditate, De castrensi peculio, circa principium, commilitonum
 Cōmilitium. pro commilitium legitur. quod Accursius suspicatus est. Est autem commili-
 tium, societas militaris, & contubernalis amicitia.

EST caput Municeps, sub titulo, Ad municipalē, vt subintelligas legem,
 vt Politianus pridem dixit. In eo capite ita legitur, Miles ibi domicilium ha-
 Merere. bere videtur, vbi inhæret: etsi nihil in patria possideat.) Merere verbū est ad
 milites pertinens. quare in promptu est iudicare, nec inhæret nec haberet, vt
 Accursius, sed meret legendum esse. Merere militare est, quod Græci στρατείας
 στραθῆναι dicunt. Lucanus, Aere merent paruo. Vnde equo merere Ciceroni in
 Philip. pri. cum alioqui merere, quæstum facere significet, id est ἐργάζεσθαι, μι-
 θαρνεῖν. & milites merentes πεταγυλίοι dicuntur, & μεθοφοροῦντες: & qui nō me-
 rent, ἀστράθουτοι, ἄτακτοι: & extraordinarii ἑκτακτοι. Inde emerere verbū, vt eluge-
 re: & emeriti milites, & stipēdia emerita Ciceroni. Liuius libro nono belli Ma-
 ced. Consules cum tribunis egerūt, vti ad plebem primo quoque tēpore fer-
 rent, vti Ebutio emerita stipendia essent: ne inuitus militaret. Modestinus su-
 prà, De re militari, emerita pro commodis veteranorum accepit. Et vt vete-
 ranus (inquit) accipietur, & emerita accipiet. Tranquillus, Eorum duces qua-
 dragena M. fester. merebant, ἐμεθοφόρου. Cicero pro Roscio, Nam illa mem-
 bra merere per se nō amplius poterant. xii. aris. δώσεισθαι. Emeriti milites. Lu-
 canus, quæ rura dabuntur Emeritis? τοῖς πεταγυλίας στρατείας πεπαικῶσι: vel πάλαι
 τοῖς νομισμυλίας στρατείας ἐστραθυμυλίοις: τῶ στραθῆναι πεπαικῶσι καὶ μεθοφορεῖν.

Emerere. IN cap. sequenti, Humanū est reliquorum vsuras neque ab ipso qui ex ad-
 ministracione honoris relinquitur.) Sic habent omnia exemplaria, & Accur-
 Reliquari. sius probat: verum sensu exposcēte, ego reliquatur lego. Est autem reliquari,
 æs alienum ex reliquis rationum cōtrahere. quo verbo vsus est Paulus suprà
 De administracione tutorū, in cap. Lucius. Paulus respōdit, Nō ex eo quod
 adultus eum qui prædia eius coluit, procuratorem habere voluit: debitū quod
 ex conduccionē reliquatus est, agnouisse eum videri. Obiter autem emen-
 dandus locus corruptissimus in cap. Licitatio, suprà De vectigalibus, vbi idē
 Paulus in exemplaribus peruagatis ita loquitur, Et ideo impleto tempore
 conduccionis licitatores alloquendi sunt. Licitatores vectigalium ad iteran-
 dam conduccionē antequam superiori satisfacciant, admittendi non sunt. Nos
 ex vetustorum obseruatione legimus, Et ideo impleto tempore conduccio-
 nis ea locanda sunt: Reliquatores vectigalium, &c. Sicq; legebat Petrus Cri-
 nitus. In quodā tamen vetusto libro relinquant legimus. Cicero ad Atticū,
 Maximè verò me angit ratio reliquorum meorum: quæ quāquam explicata
 sunt, tamen quod & Dolobellæ nomen in iis est, & attributione mihi nomi-
 na ignota, cōturbor. Plinius in epist. Priore lustro quāquam post magnas re-
 missiones

missiones reliqua creuerūt. λοιπάδες & λοιπάδες verbū apud Græcos legūtur.

IN cap. Eius, eodem sub titulo, Ad municipalem. Si quis negocia sua non in colonia, sed in municipio semper agit.) Colonia hic non villam significat, Colonia.

vt Accursius existimauit: sed pro oppido quod coloniæ iure vtitur. Colonia interdum agricolationis locum, aratorisque officinam & domicilium significant. Paulus in tract. Locati, Seruus qui coloniæ ascriptus est, ad periculū coloni pertinebit. Sic Cicero in Frumentaria Siculos colonos & aratores pop.

Romani vocauit κωργός. Inde leges colonice Varroni lib. pri. de re rustica, Atque etiā leges colonicas tollis, in quibus scribimus, Colonus in agro furculario ne capras compascat. Columella lib. pri. Comiter agat dominus cum colonis, facilemque se præbeat: auarius opus exigit quā pensiones. Colonia etiam ciuitas est à matrice ciuitate deducta, id est metropoli, quo modo Athenis Ionica ciuitates deductæ erāt & propagatæ: vt ex Herodoto nouimus libro septimo. Colonia in hoc significato Græcè ἀποικία dicitur: & coloni ἀποικιοί.

Thucydides, ἀποικία δὲ ἢ πόλις ἢ κωμὴ πρὸς μητρόπολιν: ἀδικασμένη δὲ ἀμοτεῖς. Terra sancta colonia vocatur cap. duodecimo libri Sapientiae. Sed cum totus ille

Locus libri
Sapientiae.

liber inscite & absurdè è Græco versus est ab homine quodam linguæ Græcæ Latinæq; imperito: tum verò caput illud absurdissimè. Nam vbi nūc legitur, Vt dignā perciperent peregrinationē puerorū dei, quæ tibi omnium charior est terra: ita Græcè legitur, Vt dignā dei filiorū coloniam susciperet terra omnium apud te honoratissima. ἵνα ἀξίαν ἀποικίαν δέξηται θεὸς πατέρων ἢ πατρῶν υἱοῦ ἡμετέρου γῆ. Colonia igitur interdum ab incolentibus terram inhabitantibusque dicitur, interdum à cultoribus terræ. id quod ostēdit diuus Augustinus libro decimo de Ciuitate dei, his verbis, Nam ex hoc verbo colō, agricolæ & coloni vocātur: & ipsos deos nō ob aliud appellant cœlicolas, nisi quòd cœlum colant, non vtique venerando, sed inhabitando, tanquam cœli quosdam colonos: non sicut appellantur coloni qui conditionem debent genituli solo propter agriculturam sub dominio possessorum: sed, vt ait quidam Latini eloquii magnus auctor, Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni. ab incolendo enim colonos vocauit, non ab agricultura. Hinc & ciuitates à maioribus ciuitatibus velut populorum examinibus conditæ, coloniæ nuncupātur. His verbis Augustini vtræque significatio enarratur. Cicero de lege agr. contra Rullum, Hoc in genere (inquit) sicut in cæteris reipub. partibus, est operæ precium diligentiam maiorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, vt non oppida Italiæ, sed propugnacula imperii esse viderentur. Et pro Fonteio de Gallia prouincia loquens, Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorum ciuium, specula populi Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Cæsar libro sexto belli Gallici, Fuit antea tempus cum Germanos Galli superarent virtute, vt vltro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent. ὥς καὶ πέραν τοῦ ῥήνου κληρονομίας ἀποπέμψαι. Tranquillus in Augusto, Ad hunc modum vrbe vrbaniq; rebus administratis, Italiam duodeviginti coloniarū numero deductarum ab se frequentauit. ἰταλίαν τῇ περικείμεναι ἀποικίᾳ ἀριθμῷ δυοῖν δεκάτῳ κατακεκληρονομήσασκε. De

ἱποικοι.

municipii & coloniæ discrimine Gellius libro quinto scripsit. Colonia in titulo De censibus, & alibi in iuris libris fit mentio : sed nusquam (vt opinor) ab Accursio hoc vocabulū intellectum est. Adde hic corollarii nomine, quod qui vrbes euerfas & restitutas incolere incipiūt, ii non ἱποικοι, id est coloni, sed ἱποικοι dicuntur, quasi incolæ immigrantes. quanquam & hoc verbum interdum pro colonis accipitur, & pro iis qui indigenis superinducuntur. Aristoteles, οἱ δὲ ἀποικωνιάται ἱποίκους ἐπαγαγόμενοι ἐσαΐαζεν.

Boni consulerere.

IN cap. Generaliter, De decurionibus : Vt qui clementiorem sententiam passus est, ob id quod ad tempus relegatur, bonis consulere debeat humanitatis sententiæ, nec decurionatum accipiat.) Legendum, boni consulere: quod quid sit, docet Quintilianus libro primo his verbis, Sitne Consul à consulendo, an à iudicando: nam & hoc consulere veteres vocauerunt: vnde adhuc remanet illud: Rogat boni consulas, id est bonum iudices. Idem in præfatione sexti libri, Boni autem consulere nostrum laborem, vel propter hoc certum est, quod in nullum iam proprium vsum perseueramus. id est bonam spem de labore suo concipere, hilariterq; operam in eo nauare. διθυμῶς ἔχεν φιλοπονοῦντα. Plinius lib. xxxiii, Quærebat argentum avaritia: boni cōsultuit interim inuenisse nimium. id est bene secum actum esse iudicauit, & interim acquieuit inuento. ἢ δ' ἀγαπητῶς οἷ δ' μὲν πλὴν μίλτον διδοι. utitur & Plinius Iunior. Hoc ferè Cicero, Terentius & Liuius Aequi boni facio dicunt. Cicero ad Atticū, Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud æqui boni facit, id est bonam in partem interpretatur, ὁ τὸ τῶ δὲ ὅλας οὐδὲ γνωμῶν, ὁ πρὸς ἑῶν διλογιστῶν. Sic Vlpianus boni consulere humanitatis sententiæ, per genitiuum quasi Græco more dixit: id est existimare clementer secum à iudicibus actum esse in animaduersione criminis. σέξαι ὡς τῇ ὑδακείᾳ τῇ γνώμῃ. πλὴν ἀπόφασις τῆς ὑδακείας ἀποδέξασθαι. ἰανδὲ συνήδου, τῇ γνώμῃ χρῆσθαι ὡς ὑδακείᾳ καὶ φιλανθρώπων.

Aequi boni facere.

Ordinare.

IN capite, Honores, eodem sub titulo, Honores & munera nō ordinationibus, sed potioribus quibusq; iniungenda sunt.) In vetustioribus ordinationis legitur, idq; Accursius testatur: sed vtrunq; mēdosum est, vt opinor. quare vel ordinatoribus vel ordinatis omnibus legendum esse censeo. Est autem ordinare, aliquem ad honorē & magistratum promouere: hoc est (vt Cicero loquitur) ornare, honoribusq; augere: κοσμεῖν, εἰς ὑμῶν ἀναβιβάζειν, εἰς ἀξιώμα παροΐγειν. Tranquillus in Vespasiano, Quendam è caris ministris dispensationē cuidam quasi fratri petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se vocauit: exactaque pecunia quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit. Est enim ordinare, quasi in ordines adoptare, vel in ordinem municipalem prouehere. Cicero in Prætura vrba. M. Octauium hominē ornatissimū loco, nomine, ordine, virtute. Alibi, Inferiores loco, ordine, auctoritate. Secundum hoc honores deferendi sunt optimo cuique, non in orbem honores municipales conferendi: nec vt quisque in ordinem allectus est, ita ei munera iniungēda. Ordinatum etiam dicitur πεπαγμένον, id est rectè atq; ordine constitutum. vt idem Tranquillus in Aug. Partitis post victoriam officiis, cum Antonius orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos, & municipilibus agris collocandos recepisset: neque veteranorum neque possessorum gratiam

tiam tenuit. Curtius, Forſitan dii ita fata ordinauerūt. Sic Cicero in Orat. ordinare litem dixit, *πῶ τὰ τίεν, τίς τὰ τίεν, ἐπαιροῖ ἑαυτὸν, βροχέειν, ὅτι καὶ σμῆν.*

I N cap. Herennius. Modestinus respondit, sola salarii præscriptione minime decurionē factum, qui secundū legem decurio creatus non sit.) Vel perceptione vel perscriptione legēdum: præsertim cum Accursius testetur in ali quibus legi albi præscriptione. Est autem perscribere, in tabulas publicas in acta q̄ referre: quod in registro scribere vulgò dicūt, vocabulo à regestis corrupto. Sunt enim regesta quæ à Græcis *ῥεγεστήματα* & *ῥεγεστημολογίαι* dicuntur. Quintilianus in secūdo, Vnde fit vt dissoluta & ex diuersis congesta oratio coherere non possit: similisq̄ sit commentariis puerorum, in quos ea quæ aliis declamantibus laudata sunt, regerunt. Et in tertio, Sunt enim velut res regestæ in hos commentarios, quos adolescens deduxerat schola. *ὁ γὰρ ὁ ἀποσεσημασμένον ἔχει.* Registrum ergo quasi regestarium lingua vulgaris vocat. Hæ à Cicerone perscriptiones dicūtur, vt in Verrem act. quinta, Primum mihi literas publicas quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus ostendunt omnia quæ dixi ablata esse, perscripta. Idem, Vt quisque eis rebus tuendis conseruandisq̄ præfuerat: ita perscriptum erat cum rationem ex lege redderet, vt quæ acceperat, deberet reddere. Et Philip. quinta, Illa verò dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam septies millies falsis perscriptionibus donationibusq̄ auertit. Perscriptionibus, id est *ἀναγραφαῖς*. Et ad Plancium, Id ex ipso senatusconsulto poteris cognoscere: ita est enim perscriptū, vt à me de scripto dicta sententia est. *ἀναγραφὴ μὲν οὖν.* Idem pro L. Flacco, perscriptiones pro syngraphis accepit: Perscriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti: tutor his rebus Græcorum legibus assignendus fuit. Et in Verrem, perscriptorē pro cautore posuit, qui formulas concipit. Dicuntur & *ῥεγεστήματα* ea quæ in acta referuntur, vt fit in delectibus militum. Est igitur Modestini responsum huiusmodi, albi sola perscriptione decurionem non fieri. hoc est, Non satis est in album esse relatum, nisi recta allectio præcesserit perscriptionem.

I N capite, Imperatores, eodē sub titulo De decur. Nisi eius ætatis fuerint vt decuriones creari possent, & dignitas certam spem eius honoris id faceret, vt princeps indulgere possit.) Hic locus ita mihi legēdus videtur, Et dignitas certam spem eius honoris iis fecerit. Dignitas autem hic mea sententia non pro decurionatu accipienda est, vt Accursius existimauit: sed pro oris probitate, morūque præstantia in facie eminente. Pulchritudinis genera duo (inquit Cicero libro primo Officiorū) Vnum virile, quam dignitatem dicimus: alterum muliebre, quam venustatem appellamus. In Oratore autem perfecto vtrunq̄ coniunxit, Vultus verò (inquit) qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum venustatem? In quo cum effeceris ne quid ineptū aut voluptuosum sit: tum oculorū est magna moderatio. Plinius in Panegy. Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, nōne longè lateq̄ principē ostendant? *ἢ σεμνοπρέπεια καὶ τὸ ἀξιωματικόν, τὸ ἀξιογασόν τὸ ὀψέως.* Sensus igitur huius dicti hic est meo quidē iudicio, Ita demum relegatū post relegationis tempus exactū in ordinem eligi posse,

si damnationis tēpore necdum ætatis decurionalis fuisset, & indoles morum in ore conspicua polliceri ei videatur indulgētiam principis, id est principem cum allectum eum rescuerit, gratum id ratumq; habiturum: hoc est diploma indulgentiæ restitutionisq; haud grauatè daturum.

Allegere.
Sublegere.

Allecti.

I N cap. Rescripto. De muneribus & honoribus, circa principium, non alligatus, sed allectus legendum est, vt Accursius suspicatus est, etiam si non probauit. Allegere est in cœtum adiungere & adoptare: vt sublegere in locū demortui legēdo substituere. quibus verbis Iurisconsulti vsi sunt, vt Vlpianus suprà De decurionibus. Tranquillus in Tyb. Instanti sapius vt ciuitate donatū in decurias allegeret: negauit se allecturum. *ἐκ ἐφ' ἑκατακατάλειψεν*, vel *προαιρήσασθαι, ὑποκαταστήσειν*. Varro de lingua Latina, Collegæ qui vnà lecti sunt: & qui in eorum locum suppositi, sublecti, *ὑποκαθεσπύοντες*. Alioquin allecti dicti sunt peculiariter qui propter inopiam Senatorum, in Senatum ex equestri ordine assumebātur, vt esset differentia inter patres cōscriptos & allectos: vt auctor est Festus. Huiusmodi viginti allectos aut cōscriptos nuper curia amplissima hic accepit. *προσχεχρημένοι* dicuntur.

I N cap. tertio huius tractatus. Quod pater, deest negatio omnino: quod suspicatus est Accursius, qui tamen sensum nō percepit. Quod pater nō cōsensit honoribus siue muneribus filii, ne illius patrimoniū oneri subiiciatur, præstat defensionem: nam ciuem patriæ utilitatibus, quatenus potest, aufert. Legendum, non præstat defensionem. Latinitas autem purior exigit, vt illius, non ad patrem, vt Accursius censuit, referatur, sed ad filium. Alioquin Vlpianus non illius, sed suum dixisset, si patrem intelligi voluisset. Sensus est igitur, Pater qui filium suum quantum potest patriæ commodis aufert & auertit, facere nequit quo minus filii patrimonium aduentitium aut castrense honorum administrationi, munerumq; functioni obstringatur.

Echemythi
& auscultatores.

I N cap. Ad remp. eodem tract. Minores deniq; nec decuriones creantur: vel creati suffragiū in curia ferunt.) Minutula mēda sensum huius dicti conuertit. Illa autem particula nec, in priore membro posita, iterationem sui in posteriore poscit. Igitur ita legendum, Nec creati suffragium in curia ferunt. hoc est, ex eorum genere sunt, quos Græci *ἀκροατὲς* & *ἐχμύθως* vocant, quasi auscultatores & censendi immunitatem habentes.

Sitonæ.
Frumentatores.

Sitophylaces.

Sitometræ.

I N cap. vlti. eodem sub titulo De muneribus: Nam harum specierum curatores, quos Græci appellāt, creari moris est.) Lego, quos *σιτώνες καὶ ἐλαιεμπόροι* Græci appellāt. Sitonæ apud Athenienses curatores erant coemendo frumento condendoque præfecti: qui Latine frumentatores dicuntur. *οἱ τὸν σίτον ἀγοράζοντες καὶ ἀποδιδόντες*. erant etiam qui *σιτοφύλακες* dicebantur, quasi frumenti asseruandi curam gerentes: vt Demosthenes *ὁ δὲ πρὸς Λεπτίνῳ*, de Leucone rege Bosphori loquens: Ab eo (inquit) quotannis frumenti ad millia quadringenta medimnūm: id quod ex tabulis & scriptura sitophylacum videre quibus potest. *καὶ ἕτερον ἐκ τῶν παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς αἰτίας ἴσθαι*. Idem munus ab aliis *σιτολογία* dicitur: & curatores ipsi *σιτολόγοι*: Latine frumenti coactores. Dispensatores autem ipsi annonæ publicæ *σιτομέτραι* vocantur. Hæc munera instituta erant in iis ciuitatibus quæ frumento importato utebantur, vt Athenis.

Vnde

Vnde Demosthenes ibidem, *πλείστον τῶν ἀπαίων ἀνθρώπων ἡμῶς ἐπιβλήτω σίτω χρώμε-
σθαι*. Sic autem *σιτώναι* dicuntur, vt *ὀπωρῶναι*, *πελῶναι*. Inde *σιτωνία* in cap. secundo Sitonia.
infrà tract. proximè sequenti, Sextumdecimū ætatis annum agentem ad mu-
nus sitoniæ vocari nō oportet. id est frumentationis publicæ. In cap. ultimo
infrà De administratione rerum ad ciuitatem perti. Item rescripserunt Sito-
nas indemnes esse oportere. Sic enim legendum est, non sicomas. Hæc autem
sunt munera ex quibus publicè debitores fiunt ii quorum fit mentio in cap.
tertio Cod. De compensationibus. Verum quod paulò superius in hoc ca-
pite dicitur, Tyronum siue equorū productio, id est, vt opinor, quod Græci
ῥέτασιν καὶ σωτάξιν appellant, quasi recensitionem & cōcenturiationem. de quo
munere Aristoteles in sexto Politicōn ita inquit, Opus & bello & pace por-
tarum & mœnium curatores esse, & recensitionis ciuiū descriptionisq; in clas-
ses. *δεῖ γὰρ οἱ εἰρήνη καὶ πόλεμος πολὺν τε καὶ πειχῶν φυλακῆς ὁμοίως ὑδιμελιτᾶς εἶναι, ῥετα-
σεως καὶ σωτάξεως τῶν πολιτῶν*. Hæc autem munera Aristoteles *ἀναγκαίης ἀρχῆς* ap-
pellat *σωταξιομίας πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας*: ob id scilicet quòd necessariam fun-
ctionem habeant ad res bellicas expediendas cum vsus venit. Equorum pro-
ductio est hipparchia. Equorum
productio.

Sequitur, Item episcopi qui præsunt panī & cæteris venalibus rebus, quæ
ciuitatū populis quotidianū victū vsui iungūt, personalibus muneribus fun-
gūtur.) Pro vsui iungūt, suggerūt legēdū puto. Episcopus est qui summū ar- Episcopus.
bitratū rerū habet. Cicero ad Atticū lib. vii. Ego negotio præsūm nō turbu-
lento. vult enim me Pōpeius esse, quem tota hæc Cāpana & maritima ora ha-
beat *ὑδίσκοπον*, ad quē delectus & negotii summa referatur. Est autē *ὑδίσκοπῆν*
idem quod *ἐφορεῖν*. Xenoph. de copiis regis Persarū, & earū recensione loquēs,
ὡς ἂν μὲν ἀμὲν πλὴν αὐτῶ ὀικησιν αὐτὸς ἐφορεῖ, αὐτὸ δὲ πῆρῶ ἀπεικονίτας, πῆρῶς πᾶσι ὑδίσκοπῆν.
Episcopi autē & ephori sunt, quibus nō solū oculis lustrādi potestas, sed etiā
prouidētia & cognitio mādata est: à qua significatione episcopi antistites di-
cuntur. quod vocabulū si Latine trāsferre quis velit, nō verius speculatorē, vt
censeo, quàm inspectōrē vocarit. est enim id verbū ei rei significādæ accōmo-
datū. Cicero, Nos enim augures obnunciationē solum habemus: consules &
reliqui magistratus etiam inspectionē. *ὑδίσκοπων*. Liuius, Placuit mitti legatos Inspectio.
in Hispaniā ad res sociorū inspiciendas: quibus si videretur digna causa, An-
nibali denūciarent, vt à Saguntinis sociis populi Romani abstineret. Inspice- Inspicere.
re etiam est rem penitus cōsiderare. Vnde inspicere hominem penitus Plinio
in epistolis, id est pernoscere: & inspicere agrū quem velis mercari: & inspe-
ctio, libro pri. Ciceronis ad Varronē, Illud enim adhuc prædiū suū nō inspe-
xit. Sic hoc verbo vsus est Caius Iuriscōf. in cap. Si post inspectū, De pericu-
lo & commodo rei venditæ. & inspector quasi *ὑδιγνώμων*, nomē est artificii, vt
sunt ii quibus res inspiciendæ mandātur & æstimādæ antequā emanant. Hic
autem episcopos significare eos inspectores puto, qui de panificiis & reliquis Inspectores
vanalibus pro potestate cognoscunt: quales sunt apud nos, quos magistros
opificiorum vocant, quibus opifices opificia sua vt approbent necesse est in-
stituto municipali, aut in mulctam incidant, nisi (quod plerunque fit) prola-
to ære se tueantur, vt vtar verbo prisco. His autem verbis quæ sequuntur,

Qui annonam fuscipit vel exigit vel erogat: ii magistratus significatur, quos ἀποδέκταις & ταμίαις σιτολόγαις & σιτομέτραις vocant.

- Sequitur: Ii quoque qui custodes ædium vel archeotæ.) Custodes ædium sacrarum intelligo, quos Aristoteles ναοφύλακας vocat, qui iidem non sunt cum ædituis, quos νεωκόραις Græci vocant. Archeotæ ἀρχαιῶται παρὰ τὸ ἀρχεῖον, ab archiuo, vel archio potius dicti sunt, de quo antè diximus. Logographi à rationibus publicis conficiendis perscribendisq; dicti sunt: quanquam apud Oratores hæc dictio aliter accipiatur. Idem fermè qui tabularii: qui in tabulas publicas referunt, quæ ad rempublicam pertinent. Xenoparochi (vt opinor) iidem sunt qui parochi: qui peregrinis falem & ligna præbebant, inquit Acron. de quibus Horatius in primo Sermonum, Et parochi quæ debent ligna falemq; quos Porphyrio copiariorum à Latinis vocatos esse tradit: qui falem & ligna iis præstabant, qui reipublicæ causa peregrè ibant. Sub nomine autè harum species omnium hospitibus necessaria intelligimus, vt idem Acron alibi sentire videtur libro secundo Sermo. vbi Horatius parochum pro conuiuatore posuit. -vertere pallor Tum parochi faciem nil sic metuentis, vt acres Potores. Cicero in priore significatione vsus est ad Atticum libro. xiii. Ariobarzanis filius Romam venit: vult opinor regnum aliquod à Cæsare emere. omnino cum Sestius noster parochis publicis occupauit, quod quidem facillè patior: verū tamen inuito eum per literas, vt apud me diuersetur. Sunt qui parochias inde appellatas censeant, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt: ab exhibitione scilicet sanctifici crustuli, id est sacrosancti panificii. Ego verò non parochias primū, sed parœcias appellatas esse censeo. παρόικοι sunt accolæ: quare qui fanum aliquod accolunt, parœci dicti sunt, eiusdem scilicet fani cōsortes: & parœcia accolarum cōuentus & accolatus, sacraq; vicinia. Nam παρόικοι etiam οἱ πέσσοικοι dicuntur, id est vicini: legique ipse hoc verbum apud Græcos in ea significatione, nisi falsus sum opinione. Quod si Latinè loqui magis placet Latinè scientibus, curiæ dici possunt: vnde curiones olim dicti: & παρόικοι ipsi curiales. Liuius, Inter maiorum rerum curas comitia maximi curionis vetus excitauerunt certamen, Patriciis negantibus, M. Manilii, qui vnus fuit è plebe potens, rationem esse habendam: quia nemo ante eum nisi è Patribus id sacerdotium habuisset. Curio autem maximus est, cuius auctoritate curia omnesque curiones regebantur, inquit Festus. Inde curionatus dici debet, quæ vulgò cura dicitur. & ædes ipsæ sacræ, curiatæ, quæ sodalitia non habent, sed quæ curialibus destinatae sunt, & accolas suos vendicant. Isocrates, ἀπὸ δὲ κνίδας μέχρι σινώπης ἔλλυνες πλὴν ἁσάν παροικῶσι. Interdum παρόικοι αὐτὴ τῇ μετοίκων accipiuntur: vt illud ad Hebræos vndecimo, πῶς παρώκησεν εἰς γῆν τὴν ἐπαγγελίᾳς ὡς ἁλωτεῖαν. Fide incola aduenit in terram pollicitationis vt alienam. Limenarchæ sic enim ad verbum verti potuisset. Quod sequitur limenarchæ: limenarchæ legi debet, id est portuum præfecti. & limenarchia ipsum munus, quæ etiam limenophylacia ab Aristotele dicitur. Cæterum quod hic de mansionum curatoribus dicitur, de iis mansionibus intelligendum, quæ à Græcis σθμοὶ dicuntur, & στρατοῦ καὶ καταλύσεις, & καταῶνα τῇ ἀγέλει φέρων. Erant enim ordinata per mansiones, demensaque militum itinera, eorum qui diplomatis
- Logographi.
- Xenoparochi.
- Parochus.
- Parœcia.
- Curiales.
- Curiones. Curionatus.
- Limenarchæ.
- Limenophylacia.
- Mansiones.

tibus utebatur, & cursu vehiculari, qui cursus publicus appellatur libro duodecimo Codicis. Apud nos hodie celeres cursores cursum publicum non vehiculis, sed equis conficiunt: qui prout locorum ratio diuersiorumque tulit, sua habent curricula maiora vel minora: eaque ratione mansiones distinguuntur: quos postas vocamus, ut in Italia cursores appellantur. Nunc eodem evasit licentia & luxus, ut passim commeanteis videas multos equis celerum, etiam quibus nullum est negotium, nisi animi causa: cum interim plerique temporis compendium nullum aut certe aspernandum faciant. Sed tanti dudum esse coepit, nihil more maiorum facere: & pulchrum esse censetur, & fericatis dignum, viatorium comitatu vno aut altero die antevertere. Hic quid agas? Sic viuitur. Hoc in mores receptum est. adeo qui eo more utuntur, cupiunt & in acta referri, ut inquit Satyrographus. Sed solenne fatis & Providentie semper fuisse historia testatur, hominumque memoria, pro luxu improbiore Sybariticisque deliciis, expiamenta poscere paria atque consentanea, aut ultro sibi sumere. Immodicam enim felicitatem mortalibus superi nunquam non foenerato indulgent. Verum Plinius libro sexto, de itinere Indiae ab Alexandria loquens, A Copto (inquit) camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis. Herodotus in quinto, centum & undecim mansiones esse tradit Sardibus ad regiam Persarum, quae Susa vocabantur. *καταχωραί μὲν γὰρ σαθμῶν ποσάυται ἔσιν ἐκ Σαρδίων εἰς Σέξαι ἀναβαίνοντι.* Mansionis autem, id est stathmi spatium centum & quinquaginta stadia facit. Qui autem huiusmodi mansionibus praefecti erant, *ἑπιστάθμιοι* vocabantur: ut apud Isocratem in Panegyrico, *ἐκαστομῶς ὁ ἑπιστάθμιος* *ἑπιστάθμιος* *πολλὰ ἔστι χρόνον ἀφίστηκε.* Sed eo loco Satrapam intelligo. Aliquando *ἑπιστάθμιοι* appellantur ii qui super hospitia sunt in comitatu principis, aut legati ducisve exercitus: & Epistathmia hoc munus appellatur. Hodie Mareschalli hospitiorum lingua nostra vocitantur: qui eorum ministerio utuntur quos designatores mansionarios Latine appellare possumus, & cretarios designatores. *ἑπιστάθμειαν* cum diphthongo in penultima dixit, quod verbum necessitatem hospitis recipiendi significat, a verbo *ἑπιστάθμειαν*, quod diuersari Latine dicitur. Plutarchus in Sertorio, *τῶν ἑπιστάθμειων ἀπαλλάξας*: cuius rei qui immunitatem beneficio principali consecuti sunt, ii *ἀσάθμιοι* dicuntur. Hoc autem in loco significari puto inferioris muneris officium, operum reficiendorum curatoris, qui *ἐργασίας* dicitur, καὶ τῶν ἔργων ἑπιμελητής. De mansionibus militaribus exemplum est apud Lampridium in Alexandro his verbis, Tacabant secreta bellorum: itinerum dies publice proponebantur, ita ut editum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: illa die, illa hora ab Urbe sum exiturus: & si dii voluerint, in prima mansione mansurus. deinde per ordinem mansiones, deinde stativa, deinde ubi annona esset accipienda: & id quidem quousque ad fines Barbaricos deueniretur. Idem alibi, Milites expeditionis tempore sic disposuit, ut in mansionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria decem & septem (ut solent) dierum, nisi in Barbarico.

Cursus publicus.

Epistathmi.

Mansionarii designatores.

Camelarii
tes.

INſequenti, Camelasia quoque similiter personale munus est,) Lego camelasia, id est camelorum productio. Est enim καμηλαλάτης camelorum agitator & ductor: vt ὀνηλάτης, ἱπποναλάτης, στρατηλάτης, id est dux exercitus. Huiusmodi munus institutum erat impedimentis exercitus agendis & comportandis in expeditionibus publicis. Camelarii etiam à Græcis καμηλίται dicuntur, quos Herodotus infidere camelis in acie facit. Camelis enim Armenii inter equites utebantur, vt legimus apud Herodianum in quarto. Nicostrategi vocabulum corruptum est.

Syndici.

INſ. Defensores, Defensores quoque ciuitatum quos Græci syndicos appellant, & qui ad certam causam agendam vel defendendam eliguntur. & reliqua.) Syndici dicuntur aduocati, qui vt patroni ad cōmunē causam defendendam mittuntur. Sunt autē causidici plures vel oratores ad cōmunis causæ patrociniū missi, vt apud Demosthenē in oratione pro Ctesiph. Aristides dicitur esse creatus syndicus ab Atheniensibus, vt cōmuni causæ Græciæ Atheniensium nomine patrocinaretur. & σωδικῆν verbū, idem quod σωηγρεῖν: ac si syndicari verbum fingas pro defendere, & patrociniū præstare. Sunt etiā syndici ciuitatum aduocati, & defensores iuris publici: quasi in causam publicam communiter incumbentes. Idem Demosthenes πρὸς Ἀθηναίους refert lege sancitum Athenis, ne cui iterum syndicū fieri liceret, creati q̄ à populo: idq̄ ideo ne syndicia, id est syndici munus ob publicam vtilitatem inuentum, verteretur in quæstum compediūque priuatum. Hoc nomine vocari possunt quos hodie Deputatos nostri vocant.

Syndicia.

Sequitur Iudicandi quoque necessitas: qui locus ita à Iurisperitis intelligitur, quasi iudex iudicare cogatur: ex quo ducunt argumentum in tabularios atq̄ syngrapharios, vt id quod suæ functionis est, cōficere ipsi cogantur: cum reuera Arcadius Iurisconsultus hoc significare voluerit, hominē politicū, ac ciuili more viuētem, vt cætera munera ciuilia, ita iudicandi quoque munus agnoscere obireque debere, ad idq̄ cogi posse. Id autem vt planum faciamus, latius rem hanc totā de iudiciis Romanis explicare conabimur: id quod maiorem vtilitatem latiūque patentem allaturum est, quā quantū est id vnum quod spectat ad huius loci sententiā percipiendam. Iam primum igitur hoc dictum Iurisconsulti sub titulo De muneribus positum, satis hoc quod dico indicare videtur. deinde Tranquilli locus in Augusto id ipsum plane ostendit, Ad tres (inquit) iudicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quæ decenariorum vocaretur, iudicaretque de leuioribus summis. Iudices à trigésimo ætatis anno allegit: id est quinquēnio maturius quā solebant. Ac plebisque iudicandi munus detrectantibus, vix concessit vt singulis decuriis per vices vacatio esset. Idem, Splendidum (inquit) virū, Græciq̄ prouinciæ principem, verū Latini sermonis ignarū, nō solum albo iudicum erasit, sed etiā in peregrinitatem redegit. Album iudicum appellat in quo eorum nomina descripta erant, qui earū erant decuriarū quæ vnoquoq̄ tempore iudicabāt. λεῖψαρχὸν γραμματεῖον dicitur, & λούκωμα à Græcis. Vnde illud Plinianū in præfatione per metaphorā dictū, Cū hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Allusit enim ad morem eorū qui causas acturi in foro aut declamaturi, auditores

Album iudicum.

auditores corrogabant, quasi futuros iudices eloquentiæ aut faciendi. Graue autem detrectandumque fuisse iudicandi munus, ex verbis Ciceronis intelligere licet in Prætura urbana: Vos (inquit) quod ad vestram famam, existimationem, salutemque communem pertinet, iudices prospicite atque consulite. Splendor vester facit ut peccare sine summo reipublice detrimento ac periculo non possitis. Non enim potest sperare populus Romanus esse alios in senatu, qui recte possint iudicare. Vos si non potueritis, necesse est cum de toto ordine desperarit, aliud genus hominum, atque aliam rationem iudiciorum requirat. Hoc si vobis adeo leuius videtur, quod putatis onus esse graue & incommodum, iudicare: intelligere debetis primum interesse, utrum id onus vosmet ipsi reieceritis: an quod probare populo Romano fidem vestram & religionem non potueritis, ideo vobis iudicandi potestas erepta sit. Deinde etiam illud cogitate, quanto periculo venturi simus ad eos iudices, quos propter odium vestri populi Romanus de vobis voluerit iudicare. Homines scitote esse quosdam, quos tantum odium vestri ordinis teneat, ut hoc palam iam dicant, se istum, quem sciant esse hominem improbissimum, hoc uno nomine absolui velle, ut ab senatu iudicia per ignominiam turpitudinemque auferantur. Pro quorum verborum intelligentia sciendum id quod Plutarchus de Caio Graccho inquit, leges scilicet eum tulisse populares aduersus senatus potentiam: inter quas unam tulit de iudicibus. Nam cum soli antea senatores iudicarent, ob eamque causam a plebe timerentur: trecentos ex equestri ordine adiecit, quos totidem senatoribus miscuit, ut unam iudicaret. Hæc lex potentiam senatus magna ex parte infregit. Sylla autem ex equestri ordine iterum transtulit ad senatum, cum etiam tribunitiam potestatem sustulisset, quæ robur erat & columen populi. At Pompeius postea iudicia ad equestrem ordinem lege translata, in populi gratiam senatui non restituit, cum tribunitiam potestatem populo reddidisset, ut inquit idem Plutarchus in Pompeio, etiam si in Plutarcho Latine conuerso aliter locus ille legitur. Cicero in Diuinatione, Populus Romanus. tametsi multis incommodis difficultatibusque affectus est: tamen nihil æque in reipublica atque illam veterem iudiciorum vim grauitatemque requirit. Iudiciorum desiderio tribunitia potestas efflagitata est: iudiciorum leuitate ordo alius ad res iudicandas postulatur. Iudicum culpa atque dedecore etiam censorum nomen, quod asperius antea videri solebat, id nunc poscitur, idque populare ac plausibile factum est. Quo in loco Asconius eius interpres, quasi ex persona Ciceronis ita inquit, Gracchus legem tulerat, ut equites Romani iudicarent: iudicauerunt per annos xxx. sine infamia: post victor Sylla legem tulerat, ut senatorius ordo iudicaret: & iudicauit per annos decem turpiter. nunc Aurelius Cotta legem fert, ut senatores & equites Romanus ac tribuni ærarii simul iudicent. Et hoc est (inquit) quod Cicero dicit alium quoque ordinem ad iudicandum postulari. Cicero pro Milone orationem habuit sequenti tempore. nam Diuinationem aliasque in Verre actiones scripsit cum ædilitatem peteret. Milonem autem post consulatum defendit. In ea oratione pro Milone Asconius de M. Saufeio loquens, qui post iudicium Milonianum eadem lege Pompeiana accusatus est: Eum (inquit) condempnaverunt senatores decem: absoluerunt septem. condempnaverunt equites Romanus nouem: absoluerunt septem. sed ex Trib. ærariis undecim absoluerunt, sex condempnaverunt. Idem Asconius in enarratione ora-

Iudicandi munus graue & incommodum.

De legibus iudicarijs.

tionis in Pisonē, Legem (inquit) iudiciariā ante aliquot annos, quibus temporibus Verres accusatus est à Cicerone, tulit Aurelius Cotta prætor: qua communicata sunt iudicia fenatui & equitibus Ro. & tribunis ærariis. Rursus deinde Pompeius in consulatu secundo, quo tempore oratio in Pisonem dicta est, promulgavit, ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter quàm antea lecti iudices, æque tamen ex illis tribus ordinibus res iudicarent. De hac lege Pompeia loquens Cicero in Pisonem ita inquit, Ecquid vides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri? nō æque legetur quisquis voluerit: nec quisquis noluerit, non legetur. Idem ad Quintū fratrem de Sexto Cælio, Senatorum eum vrna copiose absoluit, equitum adaquauit, tribuni ærarii condemnauerūt. Ex quo loco patet trium ordinum singulas ac discretas urnas fuisse, in quas suffragia conicerentur tabellaria. Vrna est *καλπη* & *ὀψία*, id est sitella Latine. In eam autem non tantum suffragia iudicum, sed & nomina coniciebātur, cum Prætor iudices sortiretur. Rursus Plinius libro xxxiii. de iudicibus ita inquit, Sed annuli planè medium ordinem tertiumq; plebi & patribus inseruere: ac quod antea militares equi nomen dederāt, hoc nūc pecuniæ iudices tribuunt. Nec pridem id factum. Diuō Augusto decurias ordinante, maior pars iudicum in ferreo annulo fuit: iiq; non equites, sed iudices vocabātur. equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. Iudicum quoque non nisi quatuor decuriæ fuere primò, vixq; millia singula in decuriis inuēta sunt, nondum prouinciis ad hoc munus admissis: seruatumq; est ad hodiernum diem, ne quis ex nouis ciuibus in iis iudicaret. Decuriæ quoq; ipsæ discretæ pluribus nominibus fuere tribunorum æris, & selectorū, & iudicum. Præter hæc etiam nū nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodienda suffragiorū scita in comitiis. Et diuisus hic quoque ordo erat superba vsurpatione nominū, cum alius se nongentum, alius selectū, alius tribunum appellaret. Tyberii demū principatus anno nono in vnitatē venit equester ordo, annulorumq; auctoritati fama constituta est. Plinius his verbis pecunias iudices appellat propter quadringenta sester. qui census erat equestris. Propter quod ipse in præfatione libri xiiii. queribunde ita inquit, Posteris laxitas mundi & rerū amplitudo damno fuit, postquā senator censu legi cœptus, iudex fieri cēsu: magistratū ducēmq; nil magis exornare quàm census. Postquā cœpere orbitas in auctoritate summa & potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidēdo: pessum iere vitæ precia, omnesq; à maximo bono liberales dictæ artes, in contrarium cecidere, ac seruitute sola profici cœptū. Hactenus ille. Iudicum igitur appellatione equites intelligebantur: licet scrupulosa quadam differentia equites & iudices & selecti discernentur post illā Augusti condecurationem: equitesq; propriè dicerentur, qui equo publico merebāt. Postea equites omnes dici cœpti sunt, quibus vri annulo aureo liceret: ut senatores dicebātur qui latoclauo vterentur. De selectis iudicibus Seneca lib. iii. de beneficiis, Vbi vero id de quo sola sapientia decernit, in controuersia incidit: nō potest ad hoc sumi iudex ex turba selectorū, quē census in albū & equestris hereditas misit. Cicero pro Aulo Cluentio, Deinde prætores tantū vrbanī, qui iurati debent optimū quēq; in selectos

Vrna iudicialis.

Equites & iudices.

Selecti iudices.
Nongenti.

Equites.

Selecti iudices.

selectos iudices referre: nunquā sibi ad rem eam censoriā ignominiā impedimēto esse oportere duxerūt. Horatius in primo Sermonū, & siue iubebat Ut facerē quid: habes auctorē quo facias hoc, Vnum ex iudicibus selectis obiciebat: id est ex equestri ordine. Cicero in Verrē act. iiii. Cæterarum rerū selecti iudices ex ciuium Ro. conuētū proponi solent: id est equitibus qui illuc cōueniunt. Idem alibi, Hic tu recuperatorē dabis illum ipsum, quem tu in cohorte tua Cassianum iudicē habebas: si qua res maior esset, Papyrium Potamonem hominem seuerū ex veteri illa equestri disciplina: quæ verba per ironiam dicta sunt. Selecti iudices sunt præcipui, *ἐκκεῖται*, vel ad verbum *ἐπιλέκται*. Vnde selectæ sententiæ Ciceroni de Natura deorum *κρίσεις δόξαι*. Inde dii selecti & præcipui diu. Augustino ex Varrone, libro sexto & septimo De ciuitate. De iudiciorum translatione Plinius rursus libro eodem xxxiii. Iudicum autem (inquit) appellatione separari eum ordinem primi omnium instituere Gracchi, discordi popularitate in contumeliam senatus. Mox ea debellata auctoritas nominis vario seditionū euentu circa publicanos substitit, & aliquādiu tertiæ vires publicani fuere. M. Cicero demum stabiliuit equestre nomē in consulatu suo, ei senatum concilians, ex eo se ordine prouectum esse celebrans, & ei vires peculiari popularitate quærens. Ab eo tēpore plane hoc tertium corpus in repub. factum est, cœpitq; adici senatui populōque Romano equester ordo. Qua de causa etiam nunc post populum scribitur, quia nouissime cœptus est adici. Quod de publicanis dicit Plinius, hoc Cicero pro Plācio declarat his verbis, Adiungam, si vis, id quod huic obesse putas, patrē publicanum. Qui ordo quanto adiumentū sit in honorem, quis nescit? Flos enim equitum Romanorum, ornamentū ciuitatis, firmamentum reipub. publicanorum ordine continetur. Ex iis verò quæ diximus de Senatu, non est id intelligendum & sentiendum, quasi senatus in curiam coactus vel controuersias vel crimina iudicaret: sed quòd viri Senatores in decurias distinctas distributi, iudicare cogerentur: vel viri equites in decurias etiam ipsi distributi eo tempore quo iudicia ad eum ordinem translata sunt, iudicandi munere necessario fungerentur, ad idq; Prætoris imperio cogerentur: ita vt singulæ decuriæ iudicum vacationem iudicandi in orbem haberent Augusti instituto. De cognitione autē senatus, & an reos iudicauerit, nos in superiore editione copiose diximus. Neque verò vniuersæ decuriæ sigillatim ad iudicandum sedebant: sed ex ea decuria, cuius vices tum erant iudicandi, certus ac constitutus numerus assumebatur sortibus ex vrna ductis, cum res aliqua nata iudicium poscebat: eaque erat Prætoris potestas, qui ob id iudex quæstionis in criminalibus iudiis vocabatur, vt in superioribus explicatū est. Inde illud Satyrici, improba quanuis Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnā. Prætor enim summam potestatem iudiciorum habebat, præeratq; iudicum sortitioni reiectioniq; & rursus subfortitioni in locum reiectorum: ipse pro tribunali sedens, cum interim iudices in subselliis essent: ex quo factum est, vt subsellia pro foro Ro. accipiantur, in quo publica iudicia exercebantur, vt in superiore editione dictū est. Martialis etiam pro iudicibus lib. primo, Sextiliane bibis quantū subsellia quinque. Ab ea autem cōsuetudine antiqua fortiendi iudi-

Selectæ sententiæ.

Decuriæ iudicum.

Prætor iudicis præerat & iudicibus.

Numerus iudicantium.

Selecti iudices.
De reiectione & subfortitione iudicum.

ces remansit apud nostros vocabulum iudiciale. Iurisdictionē enim resortitū vocant, & resortiri apud curiam dicunt, vel apud aliud forum, eos quibus cōstituta est disceptatio in curia vel alibi: hoc est qui huic aut illi iurisdictioni attributi sunt antiquitus. Numerus verò plenus ac legitimus in iudiciis publicis quæstionibūque rerum capitalium exercendis & iudicandis, quinque erant & septuaginta viri, vt ex Cicerone in Pisonem intelligendum datur, cū ita inquit, An ergo expectem dum de te quinque & septuaginta tabellæ diripiantur? de quo iam omnes mortales omniū generum, ætatum, ordinum, iudicauerunt. In causa tamē Miloniana, vt tradit Asconius, Cn. Domitius, qui quæstor, id est quæstionis iudex, suffragio populi creatus erat: legem quandā iudiciariā exercuit, qua lege cauebatur, vt priusquā causa ageretur, testes per triduū audirentur: dicta autē eorum iudices confirmarēt quarta die, & vt adesse omnes in diē postterum iuberētur, coramq; accusatore ac reo pilæ in quibus nomina iudicum inscripta erant, æquarētur. Dein rursus postera die sortitio iudicū fieret vnus & septuaginta: qui numerus cum forte obtigisset, ii protinus sessum irēt: tum ad dicendū accusator duas horas, reus tres haberet, eodemq; illo die reus iudicaretur. prius autē quā sententiæ ferrētur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reiceret: ita vt numerus iudicū relinqueretur qui sentētiās ferrēt, vnus & quinquaginta. Apud Græcos longe maior erat numerus, & interdū supra mille. Reicere iudices est recusare, vt nunc loquuntur. dicitur à Græcis ἀπολέγειν δικαστῶν. Cicero in Ver. act. pri. Vt primū è prouincia rediit, redēptio est huius iudicii facta. ea māsit in conditione atq; pacto vsq; ad eum finē, dum iudices reiecti sunt. Posteaquā reiectio iudicū facta est: quòd in sortitione, istius spem fortuna populi Ro. & in reiciendis iudicibus mea diligentia istorum impudentiam vicerat: renunciata est tota conductio. Idem Asconius in Diuinationē, moris fuisse scribit, celebrata iudicū reiectione haberi in officio Prætoris, & in arca reponi nomina iudicū selectorū: reiectionemq; ideo dictā, quia cum multi iudices à Prætorē ad consiliū aduocandi essent, qui quæstor erat in publica aliqua causa, vt ambitus, repetundarum, maiestatis: necesse erat primū de curia conscribi senatoria: eo scilicet tēpore cū senatus iudicaret. Deinde in urnā sortitō mitti, vt de pluribus necessarius numerus cōfici posset. Tertio permitti accusatori ac reo, vt ex illo numero reicerent quos putarent sibi iniquos aut aliqua ratione incōmodos fore. Reiectione autē facta, in eorū locum qui reiecti fuerant, Prætor alios subfortiebatur, quoad numerus legitimus impleteretur: quæ subfortitio dicebatur. Nā prima delectio sortitio erat: hæc autem subfortitio. His peractis iudices in leges iurabant, vt obstricti religione iudicarent. cum iurassent omnes præter Prætorē, nomina eorum libellis (vt suprà dictum est) cōtinebantur, & vbique habebantur, ne pro selectis iudicibus (vt fit in multitudine) aliqui suppositi corruptiq; iudicarent. Hactenus ille. Propterea in superiore loco non pilæ, sed libelli legendum puto apud eundem. Ipse in Præturam vrbānam, de Oppianico iudicio loquens, cuius multa mentio apud Ciceronē pro Cluētio, Putauit (inqt) Verres eodē loco supponi potuisse iudices qui se corrupti absoluerent, quēadmodum suppositi erant qui Oppianicū condemnarant.

rant. Nanque Cursius sodalis eius, iudex quæstionis, subfortiebatur in locum non reiectorū, quos iste redemerat improbos iudices, quibus ad venales sententias proferendas vltimo die subiectis vteretur. Facile autem pro veris iudicibus improbi supponi poterant volente hoc iudice quæstionis, & illis patientibus qui iudices erant, quia nisi citati non confidebant, & graue onus erat & incōmodum iudicare. Ex antè dictis intelligi clarius verba Ciceronis illa possunt ad Atticum libro primo de iudicio Clodiano, Nam vt reiectio facta est clamoribus maximis, cū accusator tanquam censor bonus homines nequissimos reiiceret, reus tanquā clemens lanista frugalissimū quēque fecerneret: vt primū iudices confederunt, valde diffidere boni cœperunt. Non enim vnquam turpior in ludo talario cōfessus fuit. Maculosi senatores, nudi equites, tribuni non tam ærarii, quā, vt appellantur, ærati: pauci tamen boni inerāt, quos reiectio fugare ille non potuerat. Aeratos appellat vel obæratos vel nūmātos, & corruptione locupletatos. Et inferius, Ita summo discessu bonorū, pleno foro seruorū, X X V. iudices ita fortes tum fuerūt, vt summo proposito periculo vel perire maluerint, quā perdere omnia. X X X I. fuerūt quos fames magis quā fama cōmouerit. Secundū hæc verba, iudices sex & quinquaginta fuerūt. Ipse ad Q. fratrem de iudicio Gabiniano loquēs, septuaginta iudices fuisse dicit: à duobus & viginti damnatum Gabinium, ab aliis in gratiam Pompeii absolutū. Plinius Iunior ad Vrsū scribens, quē ipse in senatu defendit repetundarum reum: Actionem (inquit) meam, vt prælia solet, nox diremit. Egeram horis tribus & dimidia: supererat sesquihora. Nam cum ex lege accusator sex horas, nouem reus accepisset: ita diuiserat tempora reus inter me, & eū qui dicturus post erat, vt ego quinque horis, ille reliquis vteretur. Idem inferius, Successit mihi Lucerius Albinus tam apte, vt orationes nostræ varietatem duarum, contextum vnius habuisse credatur. Respondit Herennius Pollio instanter & grauitè: deinde Theophanes rursus dixit in notam, atque etiam illatis lucernis. Postero die egerunt pro Basso Titius Homulus & Fronto mirificè. quartum diem probationes occupauerūt. Ex quibus verbis facile est colligere, pluribus actionibus & accusatores & reos uti solitos esse, quas replicationes hodie duplicationesq; vocant: nec pluribus modo actionibus, sed pluribus quoq; aduocatis & oratoribus. Idem Plinius, Censuit Bebius Macer consul designatus, lege repetundarum Bassum teneri: Cæpio salua dignitate iudices dandos. vterque recte. Quā fieri potest, inquis, cum tam diuersa censuerint: quia scilicet & Macro legem intuenti, consentaneum fuit damnare eum qui contra legem munera acceperat: & Cæpio cum putaret licere senatui, sicut licet, & mitigare leges, & intendere: nō sine ratione veniam dedit facto vetito quidem, non tamen inusitato. Præualuit sententia Cæpionis. His verbis intelligo senatum noluisse damnare reum lege repetundarum (nondum enim iudicia publica extra ordinem exercebantur) sed iudices dedisse, qui reum non ex formula legis repet. iudicarent, sed extra ordinem pro arbitrio in eum animaduernerent. Asconius in eandem Præturam enarrās illa verba, Vt cum horis nostris nos essemus vsi, tu binis ludis interpositis quadragesimo post die responderes. Suas horas ait X X. dies Cicero.

Legitimi
dies.

Iudicium in
senatu factū.

Ad clepsy-
dram orare.

Interdum li-
bera dicendi
tempora da-
bantur.

Plures cle-
psydræ da-
bantur acto-
ribus causa-
rum.

nem intellexisse, qui accusatori legitimi erant ad accusandum, & totidem de-
fensori ad respondendum. Græci etiam non libera spatia ad agendum orato-
ribus, sed ad aquæ stillicidium dabant, clepsydras appellantes: ut nunc hora-
rum spatia non horoscopis tantum, sed etiam vasculis arenariis distinguimus
in medio strigosis ac pertusis: in quibus arena ad pollinariam exilitatem suc-
creta, vasculi conuersionibus vltro citroque commeando, horas metitur. Ci-
cero libro tertio de Oratore, de Pericle loquens, At hunc non clamator ali-
quis ad clepsydrā latrare docuerat: sed ut accepimus, Clazomenius ille Ana-
xagoras, vir summus in maximarum rerum scientia. Idem Plinius de accusa-
tione Prisci & Martiani in senatu loquens, Dixi horis pene quinque: nam cle-
psydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor. Respondit mihi
pro Martiano Cl. Marcellinus. Missus deinde senatus, & reuocatus in poste-
rū. neque enim inchoari poterat actio nisi ut noctis interuentu scinderetur. Et
inferius, Itaque in tertium diem probationes exierunt. Iam hoc ipsum pul-
chrum & antiquum: senatum nocte dimitti, triduo vocari, triduo contineri.
deinde subdit decretum senatus. Ex quo loco liquet reum peractum damna-
tūque Priscum: de quo antè dixerat excessisse eum immanitate & sæuitia
crimina quibus dari iudices possent, cum ipse ob homines innocentes dam-
nandos interficiendosque pecunias accepisset: eamque causam fuisse quam-
obrem senatus vltra repetundarum legem quæstionem de eo habuisset: qui
senatus ut legum pœnas remittere, sic etiam poterat intendere. Atque ita Ro-
mani Græcorum more ad clepsydrā orabāt. Qui mos (ut opinor) inualuit Ci-
ceronis ætate: quanquam in causa Rabyrii in semihoræ circulum ab Labieno
accusatore coactum se esse Cicero ipse conqueritur. Neque verò semper ad
clepsydram dicere iuebantur, sed sæpe liberæ actiones erant: ut ex Plinio o-
stenditur libro sexto epistol. Iam illa periucunda vnà dicētibz, quod Regu-
lus libera tempora petebat, quod audituros corrogabat. Quid denique iucun-
dus, quàm sub alterius inuidia, quandiu velis, & in alieno auditorio quasi de-
prehensum commode dicere? His enim verbis significat eum qui libera dicē-
di spatia petebat, itidem aduersario cōcedere: ita ut is qui respondebat, posset
vel longiorem vel breuiorem orationem habere citra inuidiæ aut pudoris pe-
riculum, cum ex tempore respondere videretur, palamque ea corona quam
ipse Regulus inuitauerat. Et rursus, Nam postquam obiit Regulus, illa incre-
bruit & inualuit consuetudo, binas vel singulas clepsydras interdum & dimi-
dias dandi & petendi. nam qui dicunt, egisse malunt quàm agere: & qui au-
diunt, finiri quàm iudicare. Et rursus, An nos sapientiores maioribus nostris?
nos legibus ipsis iustiores? quæ tot horas, tot dies, tot comperditiones lar-
giuntur? nos paucioribus clepsydris præcipitamus causas, quæ diebus explica-
ri solebant? Quanta autem clepsydræ mensura fuerit, mihi non constat. Et illud
ipsius Plinii de xii. clepsydris, varie in exemplaribus legitur: nec horæ illæ (ut
opinor) æquinoctiales fuerunt, quales nunc obseruamus, sed temporales erāt
atque vulgares. hoc Græci πρὸς ὕδωρ μεμετρημένον λέγειν dicunt. vnde illud Demo-
sthenicū: αἰσῶς οὐδὲν ἢ ἐμὴν ὕδωρ εἰπάτω, dicat (inquit) vel ad clepsydram meam. Ap-
paritor autem qui aquā infundebat, & huic ministerio præfectus erat, ἐψύδρας
appellabatur

appellabatur, & prouerbiū inde natum, *ὅτι τὸ ὕδωρ ἐκ χαλόμενον ἀπέρν*. Supra clepsydram dicere, & præter aquam: & aquam perdere apud Quintilianū in. xi. aliaq; non pauca. Ad iudiciorū etiam Romanorū morem intelligendum, unde copia magna latinarū locutionum existit, ea quoq; pertinent, quæ nos prius de ampliatione & comperendinatione diximus, aliisq; forensibus vocabulis: quæ hic repetenda nequaquā aut perstringenda duximus. De centumuiralibus etiā causis confessuq; centumuirali satis explicatum est, quem idem Prætor in quatuor hastas cogebat. Dictum verò Iurisconsulti hoc in loco de decuriis iudicū intelligendum censeo: hoc sensu, vt equites Ro. vel senatores aliiq; in decurias distributi, quorum scilicet nomina in albo decuriarum scripta, ad ærariumq; delata erant: parere Prætori consilium cogenti ad iudicium publicum exercendum astringerentur. Inde illud Plinianū libro quarto epist. Eia tu (inquit) cū proximè res agentur, quoquo modo ad iudicandū veni. nihil est quod in dextram aurē fiducia mei dormias: nō impune cessatur. Ecce Licinius Nepos Prætor acer & fortis, multam etiā dixit senatori. egit ille in senatu causam suam: egit autem sic vt deprecaretur. remissa est multa: sed timuit, sed rogauit, sed opus venia fuit. Dices, Nō omnes prætores tam seueri. Falleris: nam vel instituere vel reducere huiusmodi exemplum nō nisi seueri possunt: institutū reductūve exercere vel lenissimi possunt. Idem ad Traianum, Cum citarem iudices domine conuentū inchoaturus, Flavius Archippus vacationē petere cœpit vt philosophus. Fuerunt qui dicerēt non liberandum eum iudicandi necessitate, sed omnino tollendum de iudicum numero. Hęc Plinius ad Traianū scripsit cum esset in Asia. Cicero in quinta Philip. legem iudiciariam ab Antonio latam irridens, tertiamq; iudicum decuriam ex aleatoribus & Græcis exulibus conscriptā: Sunt item (inquit) lecti iudices, qui fortasse excusabuntur. habent enim legitimam excusationē: exilii causa solum vertisse, nec esse postea restitutos. Qui autē iudex de controuersia aliqua cognouisset, is sententiā ferre cogeatur, nisi iuraret de causa sibi nō liquere. cuius rei exemplum est apud Gelliū lib. xiii. quod nos alibi adnotauimus, cū de die diffundendo scriberemus. Eodem etiam pertinet id quod Cicero in oratione pro Rabyrio dixit, equestrem ordinē illo capite legis repetundarū non teneri, si quis ob rem iudicandam pecuniā accepisset: sed senatores tantum teneri. eamq; eius differentię causam esse affirmat, quod post iudicia ab Senatu ad equites translata, senatores iudicandi necessitate non obstringerentur, equites astringerentur. cuius orationis locū transcribere quoniā longum esset: duos tantum versus citabimus: Tu tamen es iudex, vt ego senator, ita est: sed tu istud peristi: ego hoc cogor. quare aut iudici mihi esse non liceat, aut legem lege senatoria non timere. Apud Athenienses etiā hoc munus iudicandi necessariū fuisse vt militandi, ex Demosthene intelligimus in tertio Olynthiacōn, ὅπως δὲ ἔτ' ἀφελὼν ἔτε περὶ αὐτῶν πολλὰ μικρῶν, πλὴν ἀταξίαν ἀνελὼν, εἰς τάξιν ἤγαγον πλὴν πόλιν πλὴν αὐτῶν, τῶν λαβόντων, τῶν πρατύναντων, τῶν δικάζοντων, τῶν ποιῶν τῶν δ' ὅ, ἡ καὶ ἡλικίαν ἑκάστος ἔχει. Ad summā nec addēs nec demens præter pauca, immunitatis tantū licentia sublata, in eundem ordinē ciuitatē redegi: æqua vt conditione capiāt, militent, iudicent: id denique faciāt quod quisq; per ætatē facere potest. Iudicantes autē iu

Aquam perdere.

Iudicandi necessitas inter munera personalia habebatur.

Sportulæ iudiciales.

dicandi mercedem ᾧ δικαστὶν accipiebāt, hoc est sportulas iudiciales, quod Aristophanes τεύελλον appellat. Sicque in prouinciis factitabatur, quæ Romano imperio regebātur, vt ex ea epistola Plinii ad Traianum ostenditur: omniaq; ad iudicia publica priuataq; pertinentia, in prouinciis ad Romanæ vrbs exemplum ordinata sunt tandem, vt ex Cornelio Tacito nouimus: qui lib. xii. ita scribit, de Claudio principe loquens, Eodem anno sapius audita vox Principis, parem vim rerū habendā à procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse stauisset, ac ne fortuito prolapsus videretur, senatus quoq; consulto cautū plenius quàm antea & vberius. Nā diuus Augustus apud equestres, qui Aegypto præsiderent, lege agi, decretaq; eorū perinde haberi iusserat, ac si Romani magistratus cōstituisent. Mox alias per prouincias & in Vrbe pleraque concessa sunt, quæ olim à Prætoribus noscebātur. Claudius omne ius tradidit, de quo toties seditione aut armis certatū, cum Sempronias rogationibus equester ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursus Seruiliæ leges senatus iudicia redderent, Mariusque & Sylla olim de eo vel præcipue bellarent. Per Sempronias rogationes, leges Gracchi significat: de quibus antè diximus. Non est autem intelligendum quòd omnes qui equites erant Roma iudicarent: sed ii demū qui ex equestri ordine cōdecuriabantur. nam quatuor decuriis iudicum quintam Caius princeps addidit. Quum vero etiam tum grauante equites iudicarent, sextamq; adiici decuriam à Galba precarentur: non modo Galba negauit, sed etiam concessum à Claudio beneficium, ne hyeme initioq; anni ad iudicandum euocarentur, eripuit. Propterea sub Augusto, cum decuriæ vix essent millenariæ, per paucitatē equitum Ro. equester ordo sub Tyberio ius annulorum aureorū obtinuit, constituto censu quadringentorū millium: de quo in libro de Aste diximus. Vnde factū est vt in eum ordinem certatim trāsfiretur: & (vt Plinii verbis vtamur) gregatim id insigne appeti cœptum. Propter quod Caius princeps quintam decuriam adiecit: tantumq; natum est fastus, vt quæ sub diuo Augusto impleri non potuerant decuriæ, non caperent postea eum ordinem. Cæterū animaduertēdi in facinorosos ea erat ratio, vt primū ad triumuiros capitales crimina deferrentur: hi vt ad Prætorē delata referrent: Prætor iudicium confessumq; cogeret, iudicēsque in consilium mitteret: Triumuiros capitales rursus decretū consilii exequerentur. Valerius libro. v. Tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso custode ad triumuirum, à triumuiro ad Prætores, à Prætores ad consiliū iudicum perlata. Idē alibi, Sanguinis ingenui mulierem Prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam, triumuiro in carcere necādam tradidit. Alibi, Vt suspectus (inquit) in parricidio, & ob id latens, per triūuirum cōquireretur. Liuius, Triūuiris capitalibus mandatū vt vigilias disponderēt per vrbe. Cicero pro Cluentio, Liberti Asinii in Aiulium inuadunt, & hominem ante pedes Quinti Manilii, qui tum erat triumuir, constituunt. Atque ille continuo nullo teste, nullo indice, recentis maleficii conscientia perterritus, omnia vt paulo antè dicta sunt, exponit: Asiniumq; à se interfectum fatetur. Pomponius in cap. altero De origine iuris, ait eos fuisse constitutos, vt cum animaduerti in aliquem oporteret, interuentu eorum fieret. His similes erant Athenis vndecim numero

Quinque iudicum decuriæ.

Ratio animaduertēdi olim in flagitiosos homines. Triumuiros capitales.

Vndecimuiros Athenis.

mero viri, quos νομοφύλακες vocabant: alii ipsi νομοφύλακες ab iis de quibus in
 priore editione differuimus. quorū vndecimuirorū Aristoteles in sexto Poli-
 ticōn meminit, vt custodiis præfectorum: simileq; erat Romæ triumuiris per-
 mitti, vt Athenis vndecimuiris. Xenophon in pri. τῶν ἑλληνικῶν, αὐτὸ δὲ δέξασιν ἀδι-
 καῖν, θανάτῳ ζημιῶσαι, καὶ τοῖς ἐνδεκα παραδοῦναι. Et apud Demosthenē καὶ τιμωροῦν.
 Eò autē temporis lapsu vsus processit, vt prouinciarū præsides, quos ἐπαρχες
 Græci vocāt, iudices appellati sint. Lampridius in Alexádro, Iudices cū pro-
 moueret, exéplo vèterū, vt & Cicero docet, argento & necessariis instruebat: Iudices:
 ita vt præsides prouinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas fenas,
 mulos equosq; binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, aureos cente-
 nos, coquos singulos. Sic accipitur iudex in. l. Quisquis, Si certū petatur, Co-
 di. & in titulo De cursu publico, & aliis quibuscūq; in locis. Erant etiā dies cer-
 ti iudiciales, id est κείσῃμοι: quorum meminit Capitolinus in M. Philosopho his Dies iudicia-
les.
 verbis, Fastis dies iudicarios addidit, ita vt ducentos triginta dies annuos re-
 bus agendis litibusq; disceptandis cōstitueret. Deos autem iudiciorum præ-
 fides Castorem & Pollucem antiqui in foro cōstituebant. Quare Cicero in Dij iudicio-
rū præsides:
 fine Verrinarum deos inuocans, Vósque (inquit) omnium rerum forensium,
 consiliorum maximorum, legum iudiciorumq; arbitri & testes, celeberrimo
 in loco prætorii locati, Pollux & Castor: ceteros item deos deasq; omnes im-
 ploro. atque obtestor. & reliqua. Ex ipso autem in oratione pro Cluentio,
 coniicimus sententias interdū à iudicibus palàm ferri solitas esse, vt hodie fit, Sententiæ in-
terdū palam
ferebantur.
 duntaxat si vel aëtor vel reus hoc postulasset. quorū iudicum vt nomen pri-
 mum cuiusque ex vrna exierat, ita is primus sententiam rogabatur. Confur-
 gunt (inquit ille) iudices in consiliū: cum sentētias Oppianicus (quæ tum erat
 potestas) palàm ferri velle dixisset, vt Stalenus scire posset, quid cuique debe-
 retur. varia iudicum genera: nummarii pauci, sed omnes irati: vt qui accipere
 in campo cōsueuerunt, iis candidatis quorum nūmos suppressos esse putant,
 inimicissimi esse solent. Sic eiusmodi iudices infesti tum reo venerant: ceteri
 nocētissimum esse arbitrabantur: sed expectabant sententias eorū quos cor-
 ruptos putabant, vt ex iis cōstituerēt à quo iudicium corruptum videretur.
 Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo & Staleno & Guttæ esset iudi-
 candum. Summa omniū expectatio, quidnam sentētix ferrent leues ac num-
 marii iudices: atque illi omnes sine vlla dubitatione condemnant. Hactenus
 Cicero. Cuius veba vt intelligantur, scire oportet Oppianicum fuisse reum:
 Stalenum autem vnum ex iudicibus fuisse, qui iudices ipse aut magnam eo-
 rum partem corrupendos redemerat. Sequitur in eodem loco Ciceronis, Hic
 tum iniectus est hominibus scrupulus, & quædam dubitatio, quidnam esset
 actum. deinde homines sapientes ex vetere illa iudiciorum disciplina, qui ne-
 que absolvere hominem nocentissimum possent, neq; eum de quo esset orta
 suspicio pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condemnare vellent,
 non liquere dixerunt. Ex quo loco id ostenditur, quod alibi diximus, eos qui
 condemnare nollent, hoc modo defungi posse iudicādi necessitate. Quòd ve-
 ro plerunque tabellæ clām coniicerentur, ex eadem oratione patet: Itum est
 (inquit) in consilium: omnibus sententiis præter vnam, quā suam Stalenus ef-
Non liquere
de causa in-
terdum dice-
bant.

Videri crimen admiffum pronuntiabāt, quasi coniectura videntes.

se dicebat, Scamander prima actione condemnatus est. Illud verò memorabile, quòd in sententiis ferendis non reum crimen admiffisse pronuntiabant, sed admiffisse videri. Id quod à Cicerone significatur in Verrem actione sexta, quo in loco Verris obiicit, quòd fugitivos bellum molientes in Italia comprehensos, de consiliisq; sententia damnatos, ipse post poenae exemerit: O præclarum (inquit) Imperatorem. comprehendi iussit: quis non pertimescat? causam dicere dominos, quid seruis tam formidolosum? fecisse videri pronuntiavit: ortam videtur flammam paucorum dolore ac morte restinxisse. quid deinde sequitur? verbera atque ignes: & ad metum cæterorum, cruciatus & crux. hisce omnibus sunt liberati. Sic Plinius libro. xiiii. Cn. Domitius iudex pronuntiavit mulierem videri plus vini bibisse quàm valetudinis causâ, viro insciète: ac dote multavit. Cuius rei exemplum est in cap. pri. suprâ Ad Turpil. Quæri (inquit Marcellus) possit: si ita fuerit interlocutus, Lucius Titius temere videtur accusasse: an calumniatorẽ pronuntiassẽ videatur. Idque non in iudicando modò prisci, sed testificando etiam observabant. Cuius instituti originem ex Academicorum opinione emanasse, Cicero docere videtur circa finem Academicarum quæstionum. de Academicis enim loquens, qui scientiam ex catalepsi ortam, è rebus humanis tollebant, ita inquit, Quam rationem maiorum etiam comprobant diligentia: qui primum iurare ex sui animi sententia quæque voluerunt: deinde teneri si sciens falleret, quòd inscientia multa verfaretur in vita. Tum qui testimonium diceret, ut arbitrari se diceret etiam quod ipse vidisset: quæq; iurati iudices cognovissent, ea non ut esse facta, sed ut videri, pronuntiarent. Ex eo more est illud Vlpiani tract. De iure fisci, Cum quidam capitis reus emancipasset filium, ut hæreditatem adiret: rescriptum est non videri in fraudem fisci factum, quod acquisitum non est. Postremo quod de decuriis iudicum, de quæ iudicandi necessitate dictum est, ita intelligendum arbitror, ut tam rerum privatarum iudices in decuriis quàm publicarum essent. Etenim Tranquillus in loco superius citato, Ad tres iudicum decurias (inquit) quartam addidit, quæ ducenariorum vocaretur, iudicaretque de leuioribus summis. quam appellationem non à causarum æstimatione, sed à censu potius ortam esse opinor: ut fuerint ducenarii iudices, qui dimidium census equestris possidebant: licet procurator ducenarius apud Cyprianum de Martiale aliter accipi videatur. Gellius etiam causarum privatarum meminit his verbis libro decimotertio, Quo primum tempore à Prætoribus lectus in iudices sum, ut iudicia quæ appellantur privata susciperem: libros utriusq; linguæ de officio iudicis scriptos cõquisivi. Et rursus Tranquillus in Claudio, lis quæ apud privatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones. His addendum existimaui, quod haud scio an per paucis animaduersum sit, nos autẽ antea strictim adnotauimus, quòd cū in iure dicunt oratores, apud Prætorẽ intelligere debemus: ut apud Ciceronẽ lib. pri. de Oratore, Nā volitare in foro, herere in iure ac Prætorũ tribunalibus, iudicia privata magnarũ rerũ obire, in quibus sæpe nõ de facto, sed de iure certetur: iactare se in causis centumviralibus: insignis est impudentiæ. Vnde locus ille Ciceronis in secundo Rhetoricorum clarioris erit intellectus. de translationibus

Ducenarii iudices.

In iure.

nibus enim loquens, quas Iurisconfulti exceptiones & præscriptiones vocant, ita inquit, Atque in nostra quidem cōsuetudine multis de causis fit, vt rarius incidant translationes. nam & Prætoris exceptionibus multæ excluduntur actiones, & ita ius ciuile habemus constitutū, vt causa cadat is, qui non quemadmodum oportet, egerit. Quare in iure plerūque versantur. ibi enim & exceptiones postulantur, & certo quodam modo agendi potestas datur: & omnis cōceptio priuatorum iudiciorum constituitur. Quæ autem in ipsis iudiciis rarius incidunt, eiusmodi sunt, vt per se minus firmitudinis habeant. Quibus verbis significat cōstitutionem causæ translatiuam (quam finem tum declinatorium, tum non procedendi hodie pragmatici iudicesq; vocitant) rarò in iudiciis Romanis incidere & agitari solitam: propterea quòd & petitiones & exceptiones à prætore ante iudicia ipsa constituebantur, & quodam velut præscripto formulam suam accipiebant: vnde fiebat, vt sicut agendi formulam actor, ita præscribendi & excipiendi defensor apud tribunal impetrandæ haberet: si quidem eiusmodi esset causa nata, quæ exceptionem admitteret. Iudiciorum autem appellatione recuperatoriam iurisdictionem Cicero intelligi voluit. Prætor enim post cōstitutum iudiciū recuperatores dabat: quibus iurisdictionem mandabat priuatorum causarum, qui delegati iudices postea appellari cœpti sunt à recetioribus. delegatę enim iurisdictionis vocabulo Papinianus vsus est in tractatu De officio eius cui mandata est iurisdicção. Recuperatorii iudicii exēplum est apud Ciceronē in oratione pro Cecinna, quam orationem ipse apud recuperatores perorauit: spōsione facta interdicto Vnde vi. Si autem & Ni particulis Prætores utebantur in conceptionibus iudicii recuperatorii, vt apud Ciceronem in Frumenta. Iudiciū erat, Si pateret iugera eiusmodi fundi esse plura, quàm colonus esset professus, tum Xenon damnaretur. Xenon recuperatores de cohorte latronū sibi parari videbat: tamē iudicium accepturum se esse dicebat. Et in Diuinatione, Vocari ad se Agonidem iubet: iudiciū dat statim si pateret eam se & sua Veneris esse dixisse: iudicant recuperatores id quod necesse erat: neq; enim erat dubiū cuiquā quin illa dixisset. Iste in possessionem bonorū mulieris mittit: ipsam Veneris in feruitutē adiudicat. Ex quibus verbis satis liquet quo modo Prætores & quatenus iurisdictionē mādare soliti sint. Et pro Cecinna, At hoc quidem iam vetus est, & maiorū exēplo vsitatū, vt cū ad vim faciendam veniretur, si quos armatos quāuis procul cōspexissent, vt statim testificati discederēt: optimē spōsionē facere possent, ni aduersus edictū Prætoris vis facta esset. Cōstitutionis verò Prætoriæ, quod quidē ad formulas actionū & interdictorū pertinet, multa sunt in libris Pandectarū vestigia: vt in tractatu, Vti possidetis. De cloacis hoc interdictum non dabo: neq; pluris quàm quanti ea res erit, intra annum quo primū experiūdi potestas fuerit, agere permittā. De exceptionibus cōstituendis est locus in secundo Rhetoric. Agit is cui manus præcisa est, iniuriarū: postulat is quicū agitur, à Prætore exceptionē, extra quàm si in reum capitis præiudiciū fiat: hic is qui agit, iudiciū purū postulat: is quicum agitur, exceptionē addi ait oportere. Quæstio est, excipiendū sit, an nō. ratio, nō enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficii de quo inter ficarios quæri-

In iudiciis

Recuperatoria iudicia.

De exceptionibus.

Forum.

Subsellia.

Thesmo-
thetæ.

Agonothetes.

tur, præiudiciū fieri. Haftenus ille. Recuperatoribus similes erant apud Græcos qui *διακτηται* vocabātur: nō *αἵρετοι*, sed *κληρωτοι*. hodie huiusmodi iudiciorum cōstitutiones principalibus rescriptis fiunt, à nostroq; collegio postulātur, duntaxat nisi cancellarius adsit, cuius earum rerū summa est cognitio. Iudicia igitur Cicero in loco superius prolato priuata & recuperatoria intelligi voluit: vt in primo de Oratore, Alterū est, quod remoto foro, concione, iudiciis, senatu, statuisti oratorem in omni genere sermonis & humanitatis esse perfectū. hoc loco iudicia publica intelligimus. pro quo paulò superius subsellia dixerat: Ne semper forum, subsellia, rostra, curiamque meditare. Forum hic priuata iudicia intelligo: ac si dixisset iudicia priuata publicaque, conciones & sententias in senatu dicendas. Plinius in epistolis, Vt mihi Attilius nonster expresse dixisse videatur, sic in foro pueros à centumviralibus causis auspicari, vt ab Homero in scholis. Fori tamen appellatione, interdum subsellia intelliguntur: hoc est iudicia publica quæ in foro Romano exercebantur sub diuo, vt videtur ex Fabio lib. x. his verbis, Quod accidisse Porcio Latroni traditur, vt cum ei summam in scholis opinionem obtinenti, causa in foro esset oranda, impēse petierit vti subsellia in Basilicam transferrētur: ita illi coelum nouū fuit, vt omnis eius eloquentia cōtineri tecto ac parietibus videretur. Sic apud Athenienses *ἡλιαία* vocabatur *μέγιστον δικαστήριον*, ex eo quod subdialis esset cōfessus, *ὅθεν τὸ ἄπο τοῦ ἡλίου καλεῖται ὡς δικαστής*. Iudicum autē merces erat *τειώβολον* siue *ἡμιδραχμὸν*, duo sestertii Romani, quæ pecunia è publico dabatur. Aristophanes *ἰσχυροὺς, ὃ ἄροντες ἡλιασταὶ φρόντορες τειωβόλας, ὅς ἐπὶ βόσκῳ κεκρατῶν. & plenius ὡς σφηξίν*, Summa enim vectigalium & tributorum collecta ad duo millia talentorū, ita subdit, *ἀπὸ τῶντων καὶ μετὸν κατὰ τις τοῖσι δικασταῖς ἑξ χιλιάων*: & sex millibus centum & quinquaginta talenta attribuit. Vt autem τὸ δικαστικὸν dabatur τοῖς ἡλιασταῖς, & iudicantibus τὸ τειώβολον: sic τὸ σωμνηρικὸν patronis & causidicis ἡ δραχμὴ stipendiū diurnū, qui decem erant sorte lecti, & erat annuus magistratus. Aristophanes *ὡς σφηξίν* de iudicibus loquens, *ὡς ὅστις ἀπὸ ὑμῶν ὑπερος ἔλθῃ τῷ σμείῳ, τὸ τειώβολον ἔκμεινται, αὐτὸς δὲ φέρεται τὸ σωμνηρικὸν δραχμῶν, καὶ ὑπερος ἔλθῃ*. His addam, quod vt Romæ Prætor iudiciis cētumviralibus & publicis præerat: sic Athenis Thesmothetæ τοῖς ἡλιασταῖς, quod magnū erat *δικαστήριον*, & iudices è sua quisque tribu sortiebātur, & ita in eos imperiū habebant, vt etiā eiicere è cōfessu possent, si ad horam non adfuissent. Aristophanes, *καὶ ἔργῳ μισομυβεινός, ὅδεῖς σ' ἀποκλήσει θεσμοθέτης τῇ κυκλίδι*. Idem alibi, *εἰ τις θύρασι πῦρ ἡλιαστὸς εἰσίστω. ὡς ἡνίκα ἀπὸ λείων ἐκείσθῃ ὁ σφῆξ*. Morem autem Atheniensium in exercendis iudiciis publicis Cicero in primo de Orat. refert, de damnatione Socratis loquēs, quod quidem ad sententiam ferendam in reos iam cōuictos pertinet. Moris enim fuisse vt reus ipse rogaretur, quam pœnæ æstimationem meruisse se confiteretur, nisi res planè capitalis esset, cuius quæstio exerceretur.

Sequitur in eodem cap. Mastigophori quoque, qui anothetas in certaminibus comitātur.) Legendū Agonothetas. Sunt autē *ἀγωνοθέται οἱ ὅντων ἀγωνίας δὲ ὁρῶντες*, vt inquit Eustathius, certaminū præsides atq; moderatores. Spartianus in Hadri. Multa in Athenienses cōtulit, & pro agonotheta refedit. & verbū *ἀγωνοθέτω*, Demosthenes in Philip. iii. Et Thucydides *αἵ τοι δ' ὑμεῖς κακῶς ἀγωνοθετοῦσιν*

νο. & πῶς. & munus ipsum agonothesia dicitur: Dicuntur & athlothes: ut alibi diximus. Decemviri erant sacrorum certaminum praefides, singuli singulis è tribubus. Horum ergo lictores erant mastigophori, id est flagriferi, ad sum-

Athlothes
Mastigophori.

INsequenti, Elemporia & ospitatura apud Alexandrinos.) Lego elæm-
poria, id est olei publicè coemendi cura, ut supra dictum est: & ospironia. ὀσπείωναι enim sic dicuntur, ut ὀσπείωναι, σπείωναι. Ospironæ sunt qui comparadis legu-
minibus creati sunt, & ospironia munus ipsum. nihil enim aliud congruen-
tius huic loco in mentem mihi venit. Quod autem inferius sequitur, Veluti
agminales equi: ego ταγματικὸς intelligo, qui agmen exercitus sequuntur ad co-
uehenda impedimenta. nam agminales ὁ ἀγλαίος intelligere hic non con-
gruit. Quod sequitur inferius, Mixta munera decaproticos decaprotiæ: ex
antiquorum obseruatione ita esse legendum tadem animaduerti, Decaprotiæ,
icosaprotiæ, vel Græcè δεκαπρωτείας, εἰκοσπρωτείας. Et inferius, Nam decaproticos
à protis tributa exigentes, legendum, Nam decaproti & icosaproti, id est de-
cemprimi & vigintiprimi. Hi decemprimi vocantur in titulo De domest. &
protect. ut pentaproti quinqueprimi in cap. ii. De priuilegiis eorum qui in sa-
cro pal. mili. Decaprotia igitur est decemprimatus. Sunt autem verba muni-
cipalia. Cicero pro Roscio, Itaque decurionum decretum statim fit, ut decem-
primi proficiscantur ad L. Syllam: doceantque eum, qui vir Sex. Roscius fue-
rit. Idem, Venit in decemprimis legatus in castra Capito. Et in Ver. Magistra-
tus & quinqueprimi accitu istius euocantur. Eodem modo icosaprotia vigin-
tiuiratus dicitur. Fortasse autem qui à nobis. xii. Pares Franciæ nunc dicuntur,
Duodecimprimi ab initio vocati sunt. utcumque sit, duodecimprimatus ut de-
cemuiratus & alia, non absurde diceretur, etiam si Patriciatus appellatio ad ver-
bum patrium alludere videtur, ut alibi diximus. Enimvero quādò munerum
publicorum diuisio, quasi per syluam ab Arcadio tractata mihi esse videtur, si
quis post eum ab Aristotele huius tractatus rationem mutuari nō grauetur,
atque in summam redigere: expeditior erit explicatio, & doctrine propior. Is
igitur τῶν ἀρχῶν, id est magistratuum officiorumve municipalium duo genera
summa facit: vnum necessarium, sine quo ciuitas consistere non potest, oppi-
dumque habitari: alterum sine quo decorè habitari. quod genus ipse πρὸς δὲ τα-
ξίαν καὶ κόσμον appellat, quasi ad ordines cōmode distinguendos moresque cōpo-
nendos inuētum. Prius illud genus circa res diuinas bellicasque versatur: circa
vectigalia impendiaque publica: circa forū & urbem, portus & regionē vniuer-
sam: circa iudicia, commercia, professiones, exactiones, custodias, ratiocinatio-
nes, recensiones: denique circa rationes referendas ab iis qui procurationes & ma-
gistratus gesserunt: & postremo circa id quod in cōmune cōsultat, quæ Curia vo-
catur. At inter ea munera quæ maximè necessaria sunt, prima est Astynomia,
quasi quædam lex vrbica, quæ de rebus statuit, quo sub genere multæ formæ
cōtinētur, plusculaque: in iis ciuitatibus quæ populosiores sunt: in quibus sin-
gula munera peculiarē procurationē poscunt. περιποιία murorum extruendorū
curā proficitur: κρηνοφυλακία fontium custodiā atque tutelā: λιμενοφυλακία portuum,
quā Arcadius λιμεναρχίαν vocauit. Huius aliud est nō absimile, nec minus ne-

Elæmporia.

Ospironæ.

Agminales
equi.

Decemprimi,
vigintiprimi.
Quinqueprimi.

Vigintiuitatus.
Duodecimprimi
Franciæ.

Munerū publi-
corū summa
diuisio.

Astynomia.

- cessarium, quod regionē suburbanā moderatur, agrumq; vrbi vicinū, ἀγρονομία ideo dicta, ipsiq; magistratus Agronomi dicuntur, vt illi vrbici astynomi. ἀστυνόμοι pecunias publicas cogunt : quales sunt qui à Latinis quæstores & coactores vocati sunt, quos hic Arcadius, verbum è verbo ductum, susceptores appellat. μνήμονες, quasi tabularii, vel à commētariis, atque actuarii, munere funguntur in tabulas publicas referendi quæ opus est memoriæ mandari. σιτομέτραι in quarto Politicôn vocantur, qui erogandæ annonæ publicæ munus habent: qui mensores frumenti appellantur in cap. His honoribus, infrà De vacatione & excu. mu. Sùnt & alia non minus necessaria, sed notæ maioris, quæ τὰς ἐν μέσσοις χάματι πεταγμένας ἀρχάς Aristoteles appellat, quasi maioris fastigii speciem præferentes : maioris enim experientiæ fideiq; probationem possunt: cuiusmodi sunt quæ ad custodiam ciuitatis spectant, aut quæ inter ea munia censentur, quæ ad res bellicas constituendas inuenta sunt. Conueniēs enim est & belli & pacis tempore, portarum murorumq; custodes esse & curatores. Esse item alios necesse est, qui ciuium recensitionem agant, in classesq; concēturiēt: τὸν ὑπομελησομένους τὸ βετιτάσεως τῇ πολιτῇ καὶ σωτάξειως. Πολέμαρχοι sunt ad quos summa rei militaris refertur, & Polemarchia munus ipsum & magistratus vocatur. hodie Marschallos appellamus (quasi maiores, hoc est iudices in caballo sedentes) vno tātum magistro equitum inferiores. hi verò Tribuni militum Latinè possunt vocari, si quis Latinè loqui malit. Sic etiam vocatur in cap. Officium, De re militari. Hipparchia præfectura est & quasi magisterium equitum, vt Nauarchia nauium. λογιστὰι & βετιτάσαι ratiociniis præerant, iisq; magistratibus ius reddunt, qui rationes ad ærarium referre debēt. ab iis enim rationem administratæ procurationis exigūt. ναοφύλακες sunt quibus tutela & fartatecta ædium sacrarum cōmissa sunt. Alterum verò illud genus munerum quod ad decus & elegātiā ciuilis vitæ pertinet, ad morumq; formationē maiorem in modū humanitatis, institui ferè in iis ciuitatibus solet, quæ maiore ocio fruuntur, commodioreq; viuendi ratione sunt præditæ. Huius generis munia sunt γυμνασικονομία, νομοφυλακία, παιδονομία, γυμνασιαρχία, ἀγρονομία. Hæc est ferè summa munerum ab Aristotele positorum, quibus quidem vocabula sint indita. Reliqua, quæ permulta sunt, vno procurationis nomine significantur: id est τὸ ὑπομελίας. γυμνασικόνομοι matronarū decetia & modestiæ arbitri sunt: de iis pro potestate statuentes, vt ne muliebris mundus aut cultus matronalis in luxum euadat, aut in habitum ab eo sexu dissentiētem. παιδονομοι educandis pueris instituendisq; curam impendunt, vt pueri ex more ritūque à maioribus instituto artes & ciuiles & bellicas edoceantur: ne cui sit liberū contra morē patrium liberos instituere. γυμνασιαρχαί gymnasiorum præses sunt, quæ primū ipsa exercēdis inuēta corporibus, deinde ad scholas philosophorū translata sunt, & ad exercendos animos. πᾶσι δὲ τῶν νομοφυλάκων satis alibi diximus. Aristoteles autē in quarto Politicôn differentiam signare volens inter magistratus, id est ἀρχάς, & curationes munerū, ita inquit, Maxime autem (vt summatim loquar) magistratus appellare eos debemus, quibus de quibusdam consultare datum est & iudicare, ac pro potestate iubere : præcipue vero hoc vltimum. Iubere enim, pleniorē notā magistratus obtinet. Quibus
- Agronomi.
- Polemarchi.
- Gynaconomia.
- Pædonomia
- Gymnastarchia.
- Magistratus & curatores præpositi.

Quibus autem hoc non licet, hos *ὑπομνητὰς καὶ ὑποστάτας* vocat: quasi dicat curatores & præpositos.

IN cap. Semper & Conductores, De iure immunitatis: Quod proprius est defendere, nisi paria fisco fecisse dicantur.) Lego, quod proprius: & paria cum fisco. Proprius verò aliquid esse dicimus, pro verisimilius esse. Liuius libro secundo ab vrbe, Id proprius fidei est: id est magis credendum. Paria autem face-
Proprius est. Paria facere.
 re non est verbum Hispanicum, vt Accursius dixit, sed vsitatum Latinis auctoribus. Columella libro primo, Pecuniam domini villicus neque in pecore, neque in rebus promercialibus occupet. Hæc enim res auocat eius curam, & cum negociatorem potius facit, quàm agricolam, nec finit vnquam eum cum rationibus domini paria facere: sed vbi numeratio exigitur, res pro nummis ostenditur. Plinius in epistolis, Habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in aduersis: non feci tamen paria: atque eò magis hanc cupio seruari, vt mihi soluendi tempora supersint. id est, nec tamen satisfeci, ac planè persolui acceptum ab eis beneficium: nondum plenas vices rependi. Et in Panegyrico, Parens tibi imperium dedit: tu illi reddidisti. Solus ergo adhuc es, qui pro munere tanto paria accipiendo fecisti: immo vtrò dantem obligasti. communicato enim imperio, sollicitior tu, ille securior factus est. Idem alio in loco, Quòd siquãdo cum influentibus negociis paria fecisti: instar refectionis existimas mutationem laboris. id est cum tu fungendo officio principis, negociis explicandis & peragendis, parem te præstitisti non cedendo labori. Laurentius Vallengis aliter hoc verbum interpretatus est in quinto Elegiarum: sed exemplum ab eo citatum, cum iis quæ dixi non pugnabit, si quis animaduertat. Paria facere, vt Plinius Iunior vsus est, Græci dicunt *πῆς ὁμοίως ἀμείβεσθαι*, vt Demosthenes *ὡς πρὸς ἀντίπῳ*. Aristoteles, *ἕως ἴσους ἀμύνασθαι*, in bonam partem. quanquam hoc verbum apud eos in vtranque partem valet, vt apud Latinos quoque. Columella in loco superius citato, & Callistratus hoc in loco, pro eo quod est accepti & expensi parem rationem facere, & reliquari nihil. Colu-
Parem rationem facere.
 mella etiam parem rationem facere dixit.

IN cap. vlti. eo. tract. De iure immunitatis: Mensores, optio, valetudinarii.) Qui sint optiones hoc in loco, haud scio an faciliè quis dixerit. Varro in pri. de lingua Latina, Primi (inquit) singularū decuriarū decuriones dicti. quos ii primos administratos sibi adoptabāt, Optiones vocari cœpti, quos nūc propter
Optiones.
 ambitiones tribuni faciūt. Festus, Optio (inquit) est optatio: sed in re militari is appellatur, quem decurio aut cēturio optat sibi rerū priuatarū ministrum, quò facilius obeat officia publica. Idem, Optio (inquit) qui nūc appellatur, antea appellabatur accēsus. Is adiutor dabatur Cēturioni à Tribuno militum:
Accensus.
 qui quia cooptare quem velint Centurionibus permissum est, ex facto nomē fortitus est. Nonius, Optiones (inquit) in cohortibus dicuntur, qui sunt honesti gradus: vt optatos hoc est electos, & adoptatos, hoc est ascitos, Varro de vita patrum lib. ii. existimat appellatos, qui referentibus Cēturionibus adoptati in cohortes subibant, vt semper plenę essent legiones. à quo optiones Decurionum in turmis & in cohortibus centurionū appellati. Ego potius hoc in loco optionem pro eo qui adiutor est Centurionis aut Decurionis, acceperim:

- vt Plautus vsus est, licet metaphoricè, in *Asinaria*, Optionē tibi sumito *Leonidam*. Fabricare quiduis, quiduis comminiscere: perficito argētum vt habeat filius, amicæ quod det. Optionē pro adiutore & vicario quasiq; collega adoptato posuit: quo modo hoc eo. cap. *Oprio* fabricę vocatur. *Vegetius* de re militari, *Optiones* (inquit) ab optando appellati sunt: quòd antecedentibus egitudine præpeditis, ii tãquam adoptati eorum atque vicarii solent vniuersa curare. Idem libro secundo, Habet legio fabros tignarios, lignarios, structores, carpentarios, ferrarios, pictores, reliquarumque rerum artifices, ad hybernorum ædificia fabricanda, ad machinas turrèsque ligneas, cæteraque quibus oppugnantur aduersariorum ciuitates, vel defenduntur propriæ, præparatos. Habet fabricas scutarias, loricarias, arcuarias. & omnibus enumeratis demum subdit, Horum iudex proprius erat præfectus fabrorum. Præfecti fabrorum multa est mentio apud auctores. optiones autē in cap. *Diuis*, supra *De bonis damnatorum*, eos esse cenfeo, quos *Cómētariensis* qui dicitur, adiutores sibi sumpsit ad custodias obseruandas regendasque. *Mensores* (inquit idem *Vegetius*) sunt qui ad podismum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel qui hospitia in ciuitatibus præstant. *Podismos* est dimensio pedibus facta. *Metatores*. Hi etiam metatores dicuntur. & metari verbum, & metata in titulo *De metatis*, Cod. *καθάρσαι* Græcè dicitur. Cuius rei maximus erat vsus Romanis in castris, vt docet *Polybius*. *Valetudinarii* medici sunt, qui valetudine affectos curant: vel potius *οἱ νοσέουσαι*, qui in valetudinario ministerio funguntur: quod Græcè *νοσοκομῶν* dicitur. *Columella* libro duodecimo, Siue quis lauciatus noxam ceperit, adhibeat fomenta: siue languidior est, in valetudinarium deducat. *Veterinarij* sunt *κτηνίατροι*, hoc est iumentorum veterinorumque curatores & medici: qui idem ipsi soleas equis affigunt. *Naupegi* fabricatores sunt nauium. *Aerarij* seu excusores. *Structores*. In aream tuam veni: res agebatur multis structoribus. *Longilium* redemptorem cohortatus sum: domus erit egregia. Et ars structoria est *οικοδομική* & *πεκτηνική*. Structoriæ ministri sunt *λιθολογί*, *λιθοργοί* & *λατύποι*: vectarii, lapidæ, & sculptores. *Scædularij* sunt qui scandulis hyberna cõtegebāt. tabellæ sunt pretenuēs quæ tegularum vicem præstant, è robore aptissimæ & gládiferis aliis, inquit *Plinius* libro decimosexto. Cæterum cum in hac nomēclatura verba satis multa sunt corrupta, tum aquilices mendose pro aquileges legitur, nisi *Callistratus* errore ductus, aquilices ab aquis eliciendis dictos esse putauerit: vt aquælicium, quod antiquum verbum est, quasi aquæ elicium, tum à priscis vsurpatum, cum aqua pluuialis remediis quibusdam eliciebatur, quod fiebat in magnis siccitatibus: quale *Parisiis* solenne est fieri cū fruges squallore encantantur, ferculis à colle *Genouefæ* ad diuæ *Mariæ* in supplicationum pompa obsecrationumque transportandis. *Aquileges* autem ab aquis legendis dicti sunt, vt auctor est *Marcellus*, artifices inueniendorum fontium, aquarumque colligendarum ad aquæductus: iidem ferè cum iis qui libratores vocantur in tractatu *De excusa. artificum*, lib. x. Cod. ab aquis librandis dicti. *Plinius* ad *Traianum*, de aquæductu *Nicomedenium* loquens, In primis necessarium est

est mitti ad te vel aquilegem vel architectum, ne rursus eueniat quod accidit. Plinius auūculus libro vigesimo sexto de Bechio, Eius duo genera. syluestris ubi nascitur, subesse aquas credunt: & hoc habent signum aquileges. Idē libro trigesimo primo, qualis sit ars aquilegii, docet, quo loco de scrutādis aquis loquitur. Gladiatores hic, si verbum mendosum non est, non *μονομαχοι* sunt, qui ab lanista instituebantur: sed *μαχηγοι* πτοιοι, hoc est gladiarii, & telorum artifices. Victimarii in comitatu castrensi erant ob hostias quæ in sacrificiis ca- Victimarij. debantur. Librarii depositorum ii erant, qui perscribebant quid quisq; apud Librarij de signa deposuisset. Antiquitus enim (inquit Vegetius) institutum est, vt ex do- positorum, natiuo quod milites consequuntur, dimidia pars sequestraretur apud signa, ibidēque militibus seruaretur, ne à cōtubernalibus per luxum absumi posset, inanumq; rerum comparisonem. Sepositio autem ista pecuniæ primūm ipsis contubernalibus docetur accommodata. nam cum publica sustententur annona, ex omnibus donatiuis augetur eorum pro media castrense peculium. Miles deinde qui sumptus suos scit apud signa sua depositos, de descendendo nihil cogitat: magis diligit signa: pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenii, vt pro illis habeat maximam curam, in quibus suam videt esse positam substantiam. Denique decem folles per cohortes singulas exponebantur, in quibus hæc ratio condebarur. Addebatur etiam faccus vndecimus, in quo tota legio particulam aliquam conferebat, sepultura scilicet causa. Et ideo signiferi non solum fideles, sed etiam literati homines eligebantur, qui & seruarent deposita, & scirent singulis reddere rationem. Hactenus ille. Fuit cum ego primipilum hunc vocatum esse existimarem in lege, Satis, Cod. Quibus modis pignus vel hypotheca tacite contrahatur. Et in lege vlti. De primipilo, libro duodecimo. nūc id dicere nō ausim. Tranquillus in Domitiano, Geminari legionum castra prohibuit: nec plus quā mille nummos à quoquam ad signa deponi passus est: quod Lucius Antonius apud duarum legionum hyberna res nouas moliens, fiduciam cœpisse etiam ex depositorum summa videbatur. Pelliones à pellibus conficiendis dicti, sub quibus mi Pelliones, lites hyemabāt. Cicero in Acad. In quo magna rei militaris esse occupatio follet, vt nō multū Imperatori sub ipsis pellibus ocii relinquatur, id est i statuiis.

I N cap. Qui liber à legatione abest, in tractatu De legationibus, sic legit Accursius: & in omnibus sic legitur exēplaribus, vt opinor, post Accursium: sed tamen corruptē. Libera enim ablatius est, errore & ignorantia librariorum in duas voces solutus. Legationes liberæ olim ornamenti tantum causa Legationes liberæ. ab senatu impetrabantur: quemadmodum honorarii magistratus à principibus honestamenti causa conceduntur, titulōque tenus obeuntur & geruntur. Hæ autem ab iis Senatoribus impetrabantur, quibus negocia futura erant in prouinciis: vt qui hæreditates persequi aut legata, aut qui nomina exigere volebant in prouinciis, legatorum personis acceptis commendabiliores cōtrouersias haberent, atque fauorabiliores. quamobrem lege duodecim tabul. id vetitum erat, his verbis, Rei suæ ergō ne quis legatus esto. Quæ verba Cicero enarrās libro de Legibus, ita inquit, Omitto quemadmodum isti se gerant atq; gesserint, qui legatione hæreditates aut syngraphas suas persequun-

Libera man-
data.

Legati duo-
rum generū.

Liberū exi-
lium.
Libera iuris-
dictio.

Libera disce-
ptatio.

tur: quod est fortasse vitiū. Sed quæro, qd possit esse turpius, quàm sine pro-
curatione senator, Legatus sine mādatis, sine vlllo reipublicæ munere? Quod
quidem genus legationis ego cōsul, quanquam ad commodum senatus per-
tinere videatur: tamē approbāte senatu frequētissimo, nisi mihi Liuius Trib.
pl. intercessisset, sustulissem. minui tēpus: & quod erat infinitum, annuum fe-
ci. ita turpitudine manet diuturnitate sublata. Idē de lege Agraria, Hæreditatū
obeundarum causa quibus vos legationes dedistis, qui & priuati & priuatum
ad negotium exierunt, non maximis opibus, neque summa auctoritate præ-
diti: tamen auditis profecto quàm graues eorum aduentus fociis nostris esse
soleant. Et contra Rullum, Legatos vestros auctoritate tenui, qui rerum pri-
uatarum causa legationes obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt.
grauē est enim nomē imperii: idq; etiā in leui persona pertimescitur: propterea
quòd vestro non suo nomine abutuntur. Idem ad Atti. lib. xv. Habent (vt
opinor) liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facilè addi potest.
Bella est autem huius iuris quinquennii licentia. Quibus verbis conicio in-
terdū quinquēnales dari solere legationes. Huiusmodi dātur hodie à Pont.
Ro. Huiusmodi etiam commētis nonnulli in Francia principum literis in
aulam ex vrbibus euocantur, vt speciosas causas absentia habeāt: & viceuer-
sa à comitatu interdum in hanc vrbem legatorum personæ impetrantur, ne-
sciis regibus quid iis literis impetratis agatur. Libera etiam mādata legatis da-
ri solebant: vt est illud apud Liuium libro septimo de bello Maced. Audite &
aliæ legationes ex Asia sunt: quibus omnibus datum est responsum, decē le-
gatos senatū more maiorum missurum ad res Asiæ disceptandas componen-
dāsq;: summā tamen hanc fore, vt cis Taurū montem, quæ intra regni fines
Antiochi fuissent, Eumeni attribuerentur, præter Liciam Cariāmque, vsq; ad
Mæandrum annem: eæ ciuitates Rhodiorum essent. Deinde enumeratis de-
cem legatis quos senatus decreuit: His (inquit) legatis quæ præsentis discepta-
tionis essent, libera mādata de summa rerum senatus constituit. Hactenus Li-
uius. Huiusmodi igitur legatis libera mandata dabantur de iis rebus quæ aliter
decerni ac constitui quàm in re præsentis non poterant. Alii autem legati
qui cum ea potestate non mittebantur, omnia regum, prouinciarum, exterarū
ve gentium postulata, integra ad senatum vel referebant, vel postulantes
ad eūdem reiiciebant, vt Cicero docet in xii. Antoniana. De libero exilio nos
iam diximus. Libera iurisdictio dicitur, cum is qui eam habet, non impeditur
maiore aliqua potestate, quo minus agat pro imperio, & lege agi iubeat. Trā-
quillus in Calig. Magistratibus liberam iurisdictionē & sine sui appellatione
concessit. Sic libera disceptatio rerum causarūque: de qua alibi dictum est.
I N cap. Eundē, eodem tract. Eūdem plures legationes suscipere prohibitū
nō est: præterea si & sumptus, & etiā itineris cōpēdiū subeat.) Sic legit Accur-
sius, licet aliàs suadeat legi adnotauerit. Ego verò omnino suadeat restituēdū
cēseo, atq; eadē fiducia nō præterea, sed præsertim legēdū hoc sensu (quē Ac-
cursius ideo non percepit, quia compendii significationē vbique ignorauit) vt
Iuriscōsultus cēsuerit, tum demum aut tum maximè eūdem hominē plures si-
mul legationes obire cōcessum esse, cum viatici ratio & itineris cōpēdiū hoc
fieri

fieri suaferit: hoc est cū minore dispēdio plures simul obiri legationes, quā separatim & sigillatim possunt. Præsertim igitur legēdū est, καὶ ταῦτα, vel præterea pro eodē intelligēdū more Græcorū, καὶ ταῦτα, quod vtrūq; significat. Cō- Cōpendiū.
pēdium lucrū est tēporis, pecuniæ, & operæ. Plin. lib. xvii. Subtilitas parsimonia cōpendia inuenit, cū vinea in pastinato feratur, obiter seminariū faciēdi. Idem, Arbuta pampinari nō est moris, & hoc cōpēdiū operæ. Papinianus in cap. Meuius §. Diuorū, De legatis secūdo. Hominis enim legatū, orationis cōpēdio singulos homines cōtinet. §. πῶς τὸ μὲν ἴσ' λόγῳ. Inde cōpēdiofa substitutio dicta. Pro breuitate & cōtractione viæ, μίθῳ, Græci dicūt, & Latini cōpēdiū: vt hoc in loco accipi debet. Augustinus libro ix. de Ciuitate elegāter vsus est sentētia memorabili. De seruatore enim loquēs, vt inter diuinā humanāq; naturā interprete atq; interuēctore, summiq; & beatifici cōmercii proxeneta, ita inquit, Beatus enim & beatificus deus, factus particeps humanitatis nostræ, cōpēdium præbuit participādæ diuinitatis suæ. διμεθῶς παρέχω το κεινάνθρωπον ὁ θεὸς αὐτῷ. id est breui viā, & vno tātūm gradu vt scāderemus ad immortalitatis participiū, nobis facultatē dedit. nō enim per naturā angelicā, sed per seipsum hūc gradū nobis fecit. Dispēdium viæ cōpendio opponitur, quibus Dispēdiū.
verbis Innocētius tertius appositē vsus est in cap. Qualiter, tract. De accusa. quæ verba Bernardus nō intellecta trāsmissit. Quoniam verò in cap. sequēti fit mentio Hostilii Mancini, & quæstionē nō satis explicauit Iurisconsultus: sicui vacet hoc inquirere, adeat Ciceronē lib. ii. de Orat. quo in loco Crassus probare institit sciētiam iuris oratoribus esse necessariam. Et in oratione pro Cecinna, Quid quē pater patratus dedit, aut suus pater populūve vendidit: quo is iure amittit ciuitatē? Vt religione ciuitas soluatur, ciuis Romanus detruditur. qui cum est acceptus, est eorum quibus est deditus. si nō accipiūt mancipio Numantini: retinet integram causam, & ius ciuitatis.

IN cap. altero, tract. De nundinis, non modo verba Græca defunt, sed etiā in Latinis verbis, quæ ex Platonicis ducta sunt, sententia mutilata est. Quare vt digna aliqua sententia ex hoc loco elici possit, rem paulò altius repetēdam duximus, ne locus frustra restitutus sit studiosis. Plato igitur libro secūdo ciuilis vel vitæ vel administrationis, vel, vt Callistratus vertit, cōuersionis, id est πολιτείας, vel etiam reip. ostendere volens ciuitates humanæ conuersionis gratia communionisq; institutas, communionēque ipsam cōmodioris vitæ causa necessario cōstitutā, inducit Socratē cum Adimāto differentē de republica, dicētēque cogendarū in vnū ciuitatū ex sparsa quondā vagāque hominū vita necessitatē, auxilii inuicē præstādi initiū attulisse: quippe quòd nemo vnus secū ipse agēs viuēnsque, superesse sibi posset, sed multiplici egeret ope. Proinde cū vita humana & ciuilis vicissitudines adminiculationū exposcat: necesse est vt homines ferre opē & postulare mutuo assuescāt. Id quod poeta Satyrographus his versibus expressit, de brutis animantibus loquens,

Principio indulsit communis conditor illis

Tantūm animas, nobis animum quoque: mutuus vt nos

Affectus petere auxilium & præstare iuberet:

Dispersos trahere in populum, & migrare vetusto

De nemore, & proavis habitatas linquere fyluas:

Communi dare signa tuba, defendier iisdem

Turribus, atq; vna portarum claue teneri. & reliqua.

Huius cōmunitatis societatifq; ciuilis coeūda causas Cicero lib.i. de Legibus copiose explicuit. Plato verò ad cōsociationē hāc cōstituēdā, ciuitatēfq; ordinādas atque tuendas, artifices varios ascitos esse necessario multis verbis differt lib.antedictō. Apud quem Socrates cū cōfessionē (vt solet) disputando ab Adimāto expressisset, artifices ad ciuitatē cōficiūdā tuēdāmq; esse necessarios: ad negociatores deinde hūc propē in modū trāsītū facit. Multis igitur nobis agricolis aliifq; opificibus opus est in ciuitate? Adim. Vtique multis: Soc. Nimirū aliis quoq; ministris qui importēt exportētque singula: & hi sunt negociatores. nōne? Adim. Etiam. Socr. Et negociatoribus igitur egebimus? Ad. Prorsus iis quidē. Socr. Quòd si mari negociandū sit, permultis insuper aliis ciuitas indigebit, vtique qui norint operā nauare maritimā. Adim. Sanē quidē permultis. Socr. Age verò, in ipsa vrbe quonam tādē pacto impertient vnus quiuis alteri suę artis opificia? siquidē harū rerum gratia cōmunitatē ineuntes, ciuitatē habitandā instituimus. Adim. Videlicet vēditādis & emptitādis rebus. Socr. Et forum igitur & munus in notā cōmercii eam ob rem instituentur. Adim. Admodū id quidē. Socr. Nēpe igitur agricolæ aut cuius aliorum opificū, cū aliquid vānale in forū attulerit, interim cessandū inerter erit, inibiq; desidēdū: nisi fortē fortuna incurrerit in eorū ipse aduentū, queis eius artificio opus est. Adim. Minimē verò. Sunt enim qui cū hoc viderint, in hoc sese ministeriū protinus daturi sint. siquidem id in rectē cōstitutis ciuitatibus debilissimo quiq; corpore factitāt, nulliq; alii operi accommodati: quibus in ipsis homines illic immorātes partim emptitare ab iis oportet qui res vānales habēt: partim rursus iis, quibus emptis rebus opus est, easdē res pecunia indicare & addicere. Socr. Nimirū hæc, vtilitas cauponū nationē nobis in ciuitate peperit: nisi nō caupones vocamus id genus hominum quod foro operā nauans, coemundis vendendisq; rebus occupatū est. Illud verò genus erraticum quod per vrbes peruagatur, negociatores vtique appellamus. Adim. Prorsus id quidē. Hactenus Plato. Hūc verò tractatum, Pandectarum conditores, vel coagmentatores potius, vt alios fortasse tractatus nonnullos, perfunctoriē atq; oscitanter transmisisse mihi videntur. Primum, ecquod ieium est adeò argumentū, quod non latius tractari potuerit? Deinde quid minus cohæret, quàm caput hoc cum superiore, aut etiam cū titulo ipso: vt ad iuris quidē studiosos pertinere videatur, aut preciū aliquod operæ iis allaturū? Mitto quòd verba à Callistrato citata, duntaxat vt ex eorū interpretatione tum absurda tum mendosa coniiciēdum nobis relinquitur, ita concisē transcripta sunt ex Platone, vt sensus integer & cōgruus esse nequeat. Ipse verò verba Græca ita vt mihi restituenda visa sunt, subiiciam: nec totum loci cōtextū transcribam.

ΣΟ. Πλειόνων δὴ μαργῶν τε καὶ τῶν ἄλλων δημοσίων δεῖ ἡμῖν τῇ πόλει. ΑΔ. Πλειόνων γὰρ. ΣΟ. καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων δημοσίων πᾶς, τῶν τε ἐκτερόνων καὶ ἱθαυγόνων ἕκαστος. ἔπειτα δὲ εἰσι οἱ ἐμμετροί. ἦ Ἄ; Α. ναί. ΣΟ. τί δαὲ δὴ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, πᾶς ἀλλήλοις μετὰδωσαν ὧν αὐτοὶ ἕκαστος ἐργάζωνται, ὧν δὴ ἐνεκα κοινωνίαν οὖν ἔμμετροι πόλιν ὠκισμένον; Α. δὴλον δὴ ὅτι πολλοὺς καὶ ὠνέμενοι. Σ. ἂν οὐκ ἰσχυρὸς ὁ μαργῶς εἰς τὴν ἀγοράν

ἀγορὴν ἢ ἐν ταῖς ἢ ἕως ἄλλος τῶν δημογεγῶν, μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἥκων τοῖς δημοτέοις τὰ παρ' αὐτῶν ἀλλάξασθαι, ἀργῆται τ' αὐτῶν δημογεγῶν καὶ δημόσιος ἐν ἀγορῇ, Α. ὁ δὲ αὐτῶν, ἄλλ' εἰσὶν οἱ ὅδε ὁρῶντες, ἐαυτῶν ἡδὴ πῶς διακονίαν τὰ ἴσασι παύσω. αὐτῶν δὲ μείοντας αὐτῶν πῶς ἀγορὴν, τὰ μὲν αὐτ' ἀργεῖα ἀλλάξασθαι, τοῖς δὲ δημοτέοις ἀποδοῦναι, τοῖς δὲ αὐτῶν ἀργεῖα διαμαρτύνει ὅσοι ἢ δὲ οὐκ ἐπείρασθαι.

S O. Multis igitur nobis agricolis aliisq; opificibus opus est in ciuitate? Ad. multis utique. Soc. Nimirum aliis quoque ministris importaturis exportaturisq; singula. & hi sunt negotiatores, nonne? Ad. Etiam. Soc. Age iam: ipsa in vrbe quonam tandē pacto inter se communicabūt sua quisque opificia: quarum rerum gratia communionem ineuntes, ciuitatem collocādam duximus? Ad. Rebus vānūdandis (vt clarum est) emendisq;. Soc. Agricola igitur, cum in forum res sui artificii attulerit, aut si quis est alius opificū, suo ipsi ab opificio cessandū erit, in forōq; sedendum? Ad. Minimè verò. sunt enim qui hoc videntes, sese ad hoc statim munus conferant. quos illic manenteis, circāque forum agenteis, partim nummis liceri ab iis oportet, quibus rebus iis venditis opus est: partim rursus nūmis addicere, si quibus emptis opus est. Ad hoc autem dictum Platonis, illud Plinii dictum pertinet libro duodeuicesimo, Rusticā tribus laudatissimā eorum qui rura haberēt: vrbana verò, in quas trāsferri ignominia esset, desidia probro. Itaque quatuor solæ erant à partibus vrbis, in queis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Esquilina. Nundinis vrbem reuisitabant: & ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs rustica auocaretur. Nundinis (inquit Festus) rustici cōueniebant mercādi & vendendi causa: tūmque nefas erat cum populo agi, ne interpellaretur nundinatores. Hermolaus Barbarus animaduertit in antiquis exemplaribus Plinii legi, Et ideo comitia nisi nūdinis haberi nō licebat. quæ lectio huic dicto Callistrati cōuenire videtur: etiam si Festus refragatur. Et quanquam Hermolaus de ealectione statuere nihil ausus sit: nos tamen eam confirmare ex Macrobio non magnopere verebimur, qui lib. pri. Saturn. sic inquit, Rutilius scribit Romanos instituisse nundinas: vt octo diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die intermisso rure, ad mercatum, legesq; accipiendas Romam venirent: & vt scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ tri nundino die proposita, à singulis atq; vniuersis facilè noscebātur. Ea re etiam candidatis vsus fuit in comitium nundinis venire, & in colle consistere, vnde corā possent ab vniuersis videri. sed hæc omnia negligentius haberi cœpta & abolita. Hactenus ille. Rem dubiā facit, quòd comitium longè aliud fuit, quàm comitia. Columella in præfatione operis, Nundinarum etiā conuētus manifestū est propterea vsurpatos, vt nonis tantummodo diebus vrbane res agerentur, reliquis administrarentur rustica. illis enim tēporibus procures ciuitatis in agris morabātur, & cum cōsiliū publicū desiderabatur, à villis accersebantur in senatum: ex quo qui eos vocabant, Viatores nominati sunt.

Cæterū quoniā hic dicitur, Si quis ipsos cultores agrorū vel piscatores deferre vtensilia in ciuitatē iusserit: videndū quid vtensiliū appellatione intelligi debeat. Idē Callistratus, De decurionibus, suprā, Eos qui vtensilia negociātur & vèdunt, licet ab ædilibus cādatur, nō oportet quasi viles personas negligi. Ego vtensilia *χρηστέα, σκεύη καὶ οὐκ ἐκπλήτεια* intelligo. ad officium enim ædiliū

Vtensilia.

spectat iniqua vasa frangere. Iuuenalis, Et de mensura vis dicere: vasa minora
Frangere pannosus vacuis ædilis vlubris. Hic verò vtenfilia edulia annonâq;
intelliguntur. nam & ædiles inspectores erant annonæ. Inde iocus ille Plauti-
nus, Neptunus ita solet, quâvis fastidiosus ædilis est: si quæ improbæ sūt mer-
ces, iactat omnes. quare à Græcis ἀργυρόμοι dicuntur. Intrabant etiā balnea lo-
câque publicè recipientia, munditiâque exigebant, vt ex Seneca nouimus.

Decimâ bo-
norū Hercu-
li dicabant.
Pars Hercu-
lanea.
Pollucere.

IN cap. Si quis, De pollici. Si decimam quis bonorum vouit: decima non
prius esse in bonis desit, quàm fuerit separata.) Ad intelligentiam huius lo-
ci sciendum est, moris fuisse apud antiquos, vt multi decimâ suarū facultatū
Herculi vouerent. propter quod Plautus decimam partem appellat Hercula-
neam in Trinū. Iam de hoc obsonio deminui modò quinq; nummos partem
Herculaneam. idque pollucere dicebatur, vt alibi in enarratione eius verbi di-
ximus. Idem Plautus in Stichō, Hæc venisse iam opus est quantum potest, vt
decimâ partem Herculi polluceam. ἵνα τὴν δεκάτην ἀποθύσω τῷ Ἡρακλεῖ ἐστίν τὸν δῆμον.
Hoc apud Rom. Syllâ & Crassum fecisse auctor est Plutarchus: qui in Probl.
δεκάτην τὴν εἰσέας appellat. aitq; hac potissimum causa locupletes olim id facere
instituisse, quòd longè excedētes opes, ciuibufq; prægraues, homines locuple-
tissimi imminuere volētes, quasiq; immodicè exuberantē extenuare plenio-
ris corporis habitudinē, honorē se quàm maximū Herculi habere hoc modo
existimarūt, illūque deū huiuscemodi redundantīū opū cōsumptione atq;
cōtractione magnopere lætari, vt qui victu nec lauto nec copioso nec immo-
dico vitâ egisset. Id à Græcis ad Delphicū téplū esse factū, apud Xenophontē
legitur. Accursius & Bartolus hic decimâ itellexerūt, qualis à nobis hodie a-
gnoskitur, quā Vlpianus religionis veræ expers nūquā nouit: sicut nec sacer-
dotiū orthodoxæ religionis Modest. in cap. Si q̄s ob honorē. ifrâ eo. hoc tract.

Munus.

IN cap. Charidemus, eodē tract. Charidemus respōdit ex epistola quā mu-
neris edēdi gratia absens quis emisit, cōpelli eū ad editionē non posse.) Accur-
sius & Bartolus huius dicti absonum sensum commēti sunt Latinæ dictionis
ignorātia. Munus præter notas significationes spectaculum etiam significat:
cuiusmodi olim à magistratibus Ro. populo edebātur, quasi remunerationes
publicè offerentibus honorum sibi collatorū à populo. Cicero lib. ii. de Offi.
Itaque & P. Crassus tum cognomine diues, tū copiis, functus est ædilitio ma-
ximo munere: magnificentissima verò nostri Pompeii munera secundo con-
sularu. nam Mamercō homini ditissimo prætermisio ædilitatis, cōsulatus re-
pulsam attulit. Lactantius lib. sexto, Et primitus quidem venationes, quæ vo-
cantur munera, Saturno attributæ sunt: ludī autem scenici Libero, circenses
verò Neptuno. De venationibus nos in anterioribus diximus. Frequētius ta-
men apud auctores muneris appellatione gladiatores significantur: vt apud
Tranquillum in Cæf. Edidit spectacula varii generis, munus gladiatoriu: lu-
dos etiam regionatim vrbe tota. Idem paulo pōst, Munere in foro depugna-
uit Furius Leptinus stirpe prætorīa. Et in Aug. Quodam autem muneris die
Parthorum obsides, tunc primum missos per arenam mediam, ad spectaculū
induxit. Plinius Iunior, Rectè fecisti qui gladiatorum munus Veronensibus
vestris promissisti: à q̄bus olim amaris, suspiceris, ornaris. Sic Plinius vsus est,

vt

vt Vlpianus hoc in loco. Inde Munerarius dictus muneris gladiatorii exhibitor. Tranquillus in Domiti. Patremfa. quod Thracem Mirmiloni parem, munerario imparē dixerat, detractū ē spectaculis in arena canibus obiecit. Quibus verbis munerarius Domitianus dicitur, vt ludorū exhibitor: à quo Thrax coactus fuerat depugnare. hoc enim significat imparem ei fuisse. quæ figura sermonis exitialis homini intēpestiuē faceto fuit. Plinius lib. xxxiiii. sine adiectione dixit vt Trāquillus, sed pro ferarū spectaculo: Cēsar (inquit) qui postea dictator fuit, primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arenæ argenteo vsus est: ferāsque argenteis vasis incessiucere tum primum.

Munerarius.

IN cap. Ex pollicitatione: Si bona liberalitati soluēdo non fuerint.) Legō soluendæ. Sic enim Liuius locutus est non semel nec iterum, vt illud, Talia quærentes æqua orare, seq; ea relatuos ad Scipionem tribuni responderūt: & P. Scipionē deūm benignitate, & rempublicā esse gratiæ referendæ. Idem, Ea modò quæ restinguendo igni forent portantes. quo in loco subaudiri puto, accommodata vel idonea. Cicero, In coniectura igitur cum est inficiando reus: accusatori hæc duo prima sunt. vbi subaudio, crimini par vel opportunus, vel quid simile. Apud Liuium, Si respublica soluendo ære alieno esset. legitur pro æri in datiuo, vt quidem ego censeo.

Soluendo ære alieno esse.

IN cap. Septitia: quanquam parum eleganter Latina hoc loco facta sunt verba à Iurifconsulto Græcè scripta: tamen quoquo modo restituenda puto. Sic autem ea lego, Agonem tetraetericum ex triginta millibus fortis (ἀγὼν τετραετηρικὸς μισθὸν ἀπὸ τριῶν δέκα μυριάδων ἀρχαίων) ipsa pecuniam retinēs, & satisfidans idonee apud decemprimos soluturam me vsuras legitimas triginta millium: agonotheta existēte & præsidēte viro meo (ἀγωνοθετῆς τε καὶ προεδροῦς) liberisq; insuper qui ex me nascituri sunt. procedent autem vsuræ ad præmia Thymelicorū. & reliqua.

πρῶται τελευτῶν dicitur, quod quarto quoque anno instauratur. & agon tetraetericus sic dicitur, vt trietericus à Virgilio in quarto, pro triennali. & τετραετηρικὸς, lustralis. Tribus autē decem millibus absurdè pro tribus myriadibus dicitur. Est autem myrias numerus decem millium. Decemprimi sunt decaproti: de quibus paulo antè dictum est, qui sacris certaminibus erāt præpositi. Qui etiā agonothetæ quasi & munerarii & munerū moderatores dicuntur, καὶ βραβεύται. Huiusmodi verò agones in honorē manium instituebātur, quasi magnifica parentalia: quorū Decemprimi exactionē habebāt. Quod si quis velit locum Græcū ad verbū restituere, in promptu est ex verbis Latinis id facere. verū id curiosius quàm fructuosius esse cēseo. Verba sunt enim cuiusvis formularii Græci: quorū satis est sententiā assequi: cuiusmodi pleraque fuerūt Græcè scriptorū in Pādectis, quæ nūc desiderātur. tametsi tractatus De excusationibus tutorum, aliāq; pauca loca sparsim in iisdem libris non minus posci mihi, quàm desiderari vidētur. Quæ si ad hūc diem extant integra in Florentinis exēplaribus, vt Politianus testatus est, mirum est adhuc nō esse restituta, cum aliqui penes se habuisse dicantur, non pauci etiam ad ea aditū penè liberum habuisse. mihi vnum & alterum locum in ipsis inspicere momento tēporis indultum est: ita vt honorificè mecū actum esse dicerem & censerem.

Tetraetericus.

IN cap. sequēti, Si quis ob honorem vel sacerdotium pecuniam promisc-

Designati
magistra-
tus.

Inire magi-
stratum,

Petere magi-
stratus non
erat vetitū le-
gibus de am-
bitu latis.

rit: & antequam honorem vel magistratum ineat, decedat, non oportere hæ-
redes eius conueniri in pecuniam.) Quoniam hic Accursius nos reicit ad ea
quæ ab se dicta sunt in enarratione cap. Barbarius, suprà De off. Prætoris. pri-
mum ridiculum est quod Accursius ignorauit, Gentiles, quos vocant *ἐθνικούς*,
etiam sua habuisse sacerdotia, & pontificatus: de quibus hic Modestinus locu-
tus est. Deinde ne hic locus cum cap. vnico collidi videatur, suprà Ad legem
Iuliam de ambitu, vt Accursius censuit & Bartolus: quo in loco sic idem Mo-
destinus hæc verba scripsisse dicitur, Quod si in municipio contra hanc le-
gem magistratum aut sacerdotium quis petierit: per senatusconsult. in cen-
tum aureos cum infamia punitur. Ne igitur pugnantia hæc duo loca videren-
tur: ita hic Iuriscōsulti verba exaudire Accursius debuit, Si quis cum ei à mu-
nicipibus honor vltro aut sacerdotium essent delata, pecuniam & ipse vltro
pollicitus esset. Prius enim designabatur magistratus, & post aliquot menses
magistratus inibant. Designantur enim magistratus tum cum creati renun-
ciantur: tuncque *αἰαδεινὸν μὲν οἱ* & *μέμνονες* dicuntur. Ineunt autem magistratus
dum, cum insignia magistratus cum imperio assumunt: & *εἰς τὰς ἀρχὰς εἰσέρχου-
σιν* dicuntur. Liuius, Cōsules quo creati sunt die (sic enim placuerat patribus) ma-
gistratum inierunt. Romæ autem Calendæ Ianuariæ solennes erant ineun-
dis magistratibus. Herodianus in pri. de iis loquens, Cum hunc (inquit) diem
festum ciuitas ageret, in quo Romani inuicem se salutant, & nomismata al-
ter alteri cæteraque munera multiplicia missitant, summiq; magistratus con-
spiciam purpuram sibi solennemq; assumunt. & reliqua. Tranquillus in Cæ-
sare, Pridie autem Calend. Ianu. repentina consulis morte cessantē honorem,
in paucas horas petēti dedit. Plinius libro vndecimo, Defuit icur Caio prin-
cipi Calend. Ianuariis, cum iniret consulatum: quo anno interfectus est. Co-
mitia autem quibus designabantur magistratus, non semper eodem tempore
statutōque habebantur. Cicero ad Furnium, Comitiam tamen, quandō ex iis
pendes, quātum facere possumus (quod multis de causis reipublicæ arbitran-
tur conducere) in Ianuarium mensem protendimus. Nihil tamen fuisse per-
petuum & semper obseruatum, ex Liuiο liquet: qui librum secundum belli
Maced. sic exorditur: Consules Prætoresq; cum Idibus Martiis magistratum
inissent, prouincias sortiti sunt. Idem lib. superiore, Omnium primum eam
rem Idibus Martiis (quo die tum consulatus inibatur) P. Sulpitius consul re-
tulit. Petere autem honorem vel sacerdotium nūquam lege Ro. prohibitum
fuit: sed contra leges de ambitu latas petere, id demum erat vetitum: hoc est
pecunia tributim centuriatimve pronunciata. Moris enim fuit apud Ro. vt
candidati, & magistratum petitores, non modō publicē palāmque, sed etiam
figillatim vnumquenque orando, obsecrando, prehensandoq; peterent. Vn-
de Crassus apud Ciceronem in secūdo de Oratore, Equidem (inquit) cum pe-
terem magistratum, solebam in prehensando dimittere à me Scæuolam, cum
ita dicerem, me velle esse ineptum. id erat petere blādus. quod nisi ineptē fie-
ret, bene nō posset fieri. Hoc autē Græcē *ἀξίζου* dicitur, à dextrā prehēdendæ
more: qui habitus est orantis, suffragiūq; promissionem exposcentis, & penē
exprimentis. Idem Cicero ad Atticū, Petitionis nostræ, quā tibi summæ curæ
esse

esse scio, huiusmodi ratio est, quod adhuc cōiectura prouideri possit. prehensat vnus P. Galba sine fuco ac fallaciis, more maiorum. Plinius in epistolis ad Metiū scribens, Superfunt senes, ex quibus audire soleo hunc fuisse comitorum ordinem. Citato nomine candidati silentium summum, dicebat ipse pro se: explicabat vitam suam: testes & laudatores dabat, vel eum sub quo legatus, vel eum cui quæstor fuerat, vel vtrunq; si poterat: addebat quosdā ex suffragatoribus: illi grauiter & parcè loquebātur. plus hæc quàm preces proderāt. nonnūquam candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. audiebat Senatus grauitate censoria. ita sapius digni quàm gratiosi præualebāt. quæ nūc immodico fauore corrupta, ad tacita suffragia quasi ad remedia decurrerūt. Quod autē Plinius hæc dixerit eo tēpore quo principes Romani honores conferebant, vel senatui permittebāt (quo tēpore lex de ambitu lata est, quæ ab Accursio pro obice citatur in cap. Barbarius, supradicto) verba Plinii in fine eius epistolæ docent, Sunt quidem cuncta sub vnus arbitrio, qui pro vtilitate cōmuni solus omniū curas laboresq; suscepit. Quod autem Senatus decreto magistratus tūc conferrentur, ex epistola alia ad eundem intelligimus: in qua rursus de tabellaribus suffragiis loquitur, de quibus in superioribus nonnihil dictū est. Scripseram (inquit) tibi, verendum esse, ne ex tacitis suffragiis vitiū aliquod existeret. Factum est proximis comitiis, in quibusdam tabellis multa iocularia atque etiam foeda dictu, in vna verò pro candidatorum nominibus suffragatorum nomina inuenta sunt. Excanduit senatus: magnòque clamore in eum qui scripsisset, iratum principem comprecatus est. Ille tamen fefellit & latuit: fortasse etiam inter indignanteis fuit. Quid putamus eum domi facere, qui in tanta re, tam serio tempore ludat? qui denique omnino in senatu dicax & vrbane & bellus est? Congruit hoc cum eo quod scriptū est in lege, Tres, De episcopali audien. Cod. Quod autem designatio magistratum comitali mense fieret, & alio mense consulatum inirent, cū ex plurimis Liuii locis & Ciceronis liquet, tum ex eo quod ipse Cicero cū consulatū gereret, Muranā cōsulem designatū ambitus reum defendit, vt ex eius verbis apparet circa principium defensionis. Sunt autem hæc verba, Quod si in iis rebus repetendis quæ mancipi sunt, is periculum iudicii præstare debet, qui se nexu obligauit: profectò etiam rectius in iudicio consulis designati is potissimum consul qui consulem declarauit, auctor beneficii populi Romani defensorq; periculi esse debet. id est, Quemadmodū venditor qui mancipio dedit rem quæ est in humano commercio: quiq; nexu se obstrinxit, vt emptori rem habere liceret: præstare debet rei vendicationis periculū, ne ab emptore res auferatur iudicio: ita consul, quo comitia habente consul alius designatus est in annū futurū, debet beneficiū populi suumq; tueri. Magistratus designatus in iudicium vocari poterat: inito autem magistratu non poterat ex edicto De in ius vocādo, nec accusari, vt est auctor Venuleius in tracta. De accu. Proinde pecunia promissa ob honorem vel sacerdotium, hic liberalitatem significat spontaneam, ad spectaculum edendum ob magistratum vltro delatum: id quod ambitus crimine vacabat. Quam ad sententiam astruendam nullo alio vtar auctore potius quàm Marcello in cap.

De more cā
didatorū in
senatu.

Publius, suprà De conditionibus & demonstr. Publius Meuius testamēto ita cavit, Quisquis mihi hæres hæredesve erunt, fidei eorum committo, vt dent Caio Seio fororis meæ filio in honorē cōsulatus quadringenta. Viuo Mevio Seius Consul designatus est, & munus edidit: deinde ex Cal. Ianu. consulatū ingressus est. & reliqua. Quo in loco Accursius harum rerum ignarus, munus edidit (inquit) id est professus est se suscepturū: cum munus edere (vt paulo antè diximus) sit spectaculum edere vel venationis vel gladiatorum. Cicero in eadem oratione, Quare nec plebi Romanæ eripiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, conuiuiorum: quæ omnia maiores nostri cōparauerunt: nec candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatem magis significat, quàm largitionem. Plutarchus in Bruto ait spectacula Romæ mercedes fuisse magistratuum collatorum.

Liberales
artes.

IN cap. pri. De variis & extraord. cognitionibus, lego ex antiquo exēplari, in quo tenuia extabant vestigia Græcorum verborū, ἡλιθία μαθήματα. Plinius lib. xiiii. Pessum iere vitæ precia: omnesq; à maximo bono liberales dictæ artes in cōtrariū cecidere, ac seruitute sola profici cœptū. Augustinus lib. sexto de Ciuitate seculares esse vocitatas à recentioribus ait. Cicero in primo de Orat. ingenuas appellat: Aristoteles ἡλιθίαις ὑδισίμας: Galenus ἡλιθία μαθήματα, vt Vlpianus. Dicuntur etiā ἡλιθιοὶ λόγοι: & περὶ μαθήματα, quasi institutiones præuiæ ad primam philosophiā quæ omnia cōplectitur: & ad theologiam, cuius incunabula hodiernis moribus longè existimātur tenuiora quàm olim. Quanquam id quoquo modo tolerādum esset, nisi etiam disciplinarum elegantia, literarūque nitore & claritati inimicitias denunciasset theologia ipsa professione. Verum ingenuæ & liberales vocatæ sunt, vt ab iis distingueretur, quas Græci tum φαύλας ὑδισίμας, id est viles: tum αἰελοῦς, βαναύσας, ἀγοραίους appellant: id est illiberales, sordidas, circumforaneas.

Benignè facere.

IN cap. secūdo, De proxenetis, Sed & si qd philotrophi nomine accepit.) Lego philāthropiæ. Philanthropia enim non modò humanitatē, id est morū clementiam ac benignitatem significat: sed etiam liberalitatem. Demosthenes ἐν δὲ πρὶ παραπροσέας, καὶ φιλανθρωπώμενος πρὸς αὐτὸν ὁ Θέλιππος, ἀλλὰ καὶ πολλὰ καὶ πολλὰ ἐκπέμματα ἀργυρὰ καὶ χρυσὰ πρὸς τὸν αὐτὸν. Et φιλανθρωπία, φιλοδοξία. Sic Latini benignè facere dicunt. Cicero pro Plancio, Doceo gratiosum etiam tribubus Plancium, quod multis benignè fecerit, pro multis spopóderit. Hic ergo philanthropiæ nomine aliquid accipere, est munusculum accipere vel mercedulam, quæ benignitatis magis quàm obligationis sit.

IN cap. sequenti, Facilius quod Græci appellant peti possit.) Puto legēdū, Quod Græci περὶ φιλικόν appellant: cum hoc verbum in Græco compendio legerim. nisi φιλανθρωπία magis placet: quod benignè datum significat. Hæc tamen coniecturæ sunt, non fiduciæ, vt in cap. Rei, De verborum significatione, quod legitur, Id opus quod Græci vocant, id est ex opere factum corpus aliquid perfectum, τὸ ἀπεργασμένον.

Munifices.

IN cap. Munus, De verborum significatione: Et quosdam milites munificos vocari.) Lego munifices. Munifices enim dicebātur, auctore Festo, qui nō vacabāt, sed munus principi faciebāt. Cōtrā beneficiarii dicebātur qui vacabant

bant muneris officio. & munifices à Vegetio dicuntur milites qui munera faciunt: quibus immunes non obstricti sunt. Inde illud Plinianum per metaphoram dictum lib. xi. Vno verò sue ex omni turba relicto, sola munifex mamma quæ genito fuerat attributa, descendit. Munificem mammam Plinius pro lactenti dixit, qua scilicet foetus lactatur. Libro tamen. xi. Cod. in cap. secundo De prædiis nauiculariorum, munificum prædium dicitur & λειτουργικὸν καὶ σωπλῆς.

IN cap. sequenti lego, Contractum autem ultro citroque obligationem esse, quod Greci συναλλαγμα vocant. quod verbum apud Aristotelē idētidē legitur in. v. Ethicōn. Contrahere & distrahere ut Latine opponuntur: sic Græcè συναλλάττειν καὶ διαλύειν. Aristoteles δὲ ὁμοίως δὲ συναλλάξας καὶ διαλύόμενος, ἐγκαλίσσει. ac si diceret: nisi ita res distrahatur ut contracta est, continuo expostulabit. id autem fit cum conuenta dissolutione implentur, hoc est debiti depensione. Vnde soluere verbum dictum & ἐκτίσαι, & ἀρτίσαι, & καταβάλλειν. Plautus, Soluta res erit, si mihi dederis.

Contracte,
& distrahere.

Solutio debiti unde dicta sit.

IN cap. Sylua, Noualis est terra præcisa. & reliqua.) Lego obseruatione antiqui exemplaris, Noualis est terra proscissa: quam Græci νέκτον vocant. νέκτος enim sic dicitur, ut ἀρόπος, ἄμνητος, & similia. hoc est ἢ γὰρ νεώστ' ἢρο τεικαμλύν. ἐνιοφῶν, καὶ ἢ νεαὶος καὶ ἀρόρος καὶ φυτεία καὶ νομή, ὑπαίθρια ταῦτα πάντα ἔργα εἰσὶ. Sed apud Xenophōtē tēpus potius significat quàm veruactum vel segetē, cum accētu in vltima. νεῶν, nouare, est noualia facere: & μετεβάλλειν πάλιν πρὸς τὸν ἐργασμένον. Theophrastus, ἢ δὲ κατεργασία οὐδ' ἢ νεῶν κατ' ἀμφοτέρους τοὺς ὥρας καὶ θέρους καὶ χειμῶνος. Cicero in secundo de Orato. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro nō semel arato, sed nouato & iterato, quod meliores foetus possit & grandiores edere. Nouatum agrum appellat, diu ante sementē cultum, ut interim fermētaretur, & sub sementē iteraretur.

Nouare agrum. Proscissus ager.

Proscindi autem ager dicitur, nō præcidi, ut in illo Catonis oraculo, Lutosam terrā ne tāgito: vi omni arato: priusquā ares, proscindito. hoc vtilitatē habet, quod inuerso cespite herbarum radices necantur. Plinius lib. xviii. Quidam utique ab æquinoctio verno proscindi volunt. quodque vere aratum est, à tēporis argumento veruactum dicitur. Hoc in nouali atque irrequieto necessarium est. Nouale est quod alternis annis feritur. Ex quibus verbis planum fit, noualē Paulū eodē modo ut Pliniū accepisse. Idē, Iustum est proscindi sulco dodrātali iugerum vno die, iterarique sesqui iugerum, si sit facultas soli: si minus, proscindi semissem, iterari assem. Proscindere est primum terrā vertere gradioribus glebis relictis. Ut autem noualis alternis annis feritur, ita restibilis quotannis: qui παλιμφύς vocatur, & παλίμβλαστος.

Veruactum. Noualis: & nouale.

Restibilis.

Veruactum autem & nouale interdum pro eodē accipiuntur. Columella enim veruactum appellat agrum vere primo proscissum, qui anno cessauit: ut lib. ii. Fabæ modii quatuor vel sex in veruacto duas operas bubulcorum detinent: ac in restibili vnā. Idem, Fasellus terræ mādatur vel in veruacto, vel melius pingui & restibili agro. Ego verò noualē tum dici sentio & nouale, cum post messem ager tonsus quiescit: quod culmetum lingua patria vocat. Tum autem veruactum dicitur, cum vere terra proscissa est: Græcè νέκτος, ut diximus, & νεὸς & νέωμαι. Latine etiam interdum seges dicitur, cum iterata & exculta est ad sementē. Id cum ex loco Plinii supradicto, tum ex Columella declaratur in præfatione septimi, his verbis, Neque inficior id eos aliqua ratione fecisse, quasi sit agricolæ contrarium pastoris propositum: cum ille subacto & puro solo

Segetes.

gaudeat, hic nouali graminosoq; ille fructum è terra speret, hic è pecore. Idè in octa. Sequeris autem noualia nō solū herbida, sed quæ plerunq; vidua sunt spinis. Varro, Seges (inquit) dicitur, quod aratum necdum satum est: noualis vbi satum fuit antequam secūda aratione renouetur. Idem, Multum interest, in rudi terra, an in ea seras, quæ quotannis obsita sit, quæ vocatur restibilis: an in veruactō, quæ interim requieuit. Inde tonsæ nouales Virgilio, & culta noualia. Est & aliud genus noualis, terra tunc primum ad culturam proficissa: quo modo Plinius vsus est in decimosextimo, de odorata terra loquens, Talis est ferè (inquit) in noualibus cæsa vetere sylua: quæ consensu laudatur.

IN cap. Ostentum, restituenda hæc duo verba, φῶμα, πῶμα.

IN cap. Instratū: lego ex antiquo exēplari, Neq; enim dubiū est quin stragula vestis sit omne palliū, quod Græci πῶμα vocant. Quo verbo Latini etiam vti solent, vt Cicero in secūda Antoniana, Cōchiliatis Cn. Pōpei peristromatis feruorū in cellis lectos stratos videres. Dicuntur etiā peripetasmata, ex eo quod tricliniis obtendi soleāt: & παραπέσματα, & aulæa, & Attalica, ab aulis regū in quibus expāduntur. Virgilius, Purpurea intexti tollāt aulæa Britannii. Curtius, Lectos circūdederant aulæa purpurea, auroq; fulgentia. Et in singulari aulæa: quo modo Græci vtuntur. Curtius lib. vii. Cum post aulæam quæ lectos obduceret, staret rex. Cicero in Ver. act. quinta, Quid illa Attalica tota Sicilia nominata ab eodē Heio peripetasmata emere oblitus est? Plinius libro. viii. Aurum intexere in eadem Asia inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicas. Dicuntur & Babylonica. Idem, Colores diuersos picturæ vestibus intexere Babylon maximè celebrauit, & nomen imposuit. Et rursus idè, Metellus Scipio triclinaria Babylonica feltert. octingentis millibus vānisse, iam tunc posuit in Capitonis criminibus. Vocantur etiam tapetes verbo & ipso Græco, & tapetia. nostri vno verbo stragula & plagas appellant, vt Liuius lib. ix. de bello Macedo. Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Asiatico inuecta in urbem est. Inde primū lectos æratos, vestem stragulam preciosam, plagulas, & alia textilia Romam adduxerunt. Hæc cum animalia habent intexta, vt hodie passim habentur, ζωτὰ à Græcis, id est belluata vocātur. Plautus in Pseud. Neque Alexandrina belluata confuta tapetia. Pallia à quibusdā vocātur, vt nunc ab Vlpiano: cum pallium alioqui sit vestis Græcorum propria: vnde palliatæ fabulæ dictæ: ἱμαῖον ab illis dictum.

Cōparatum. IN cap. Sæpe ita cōputatum est: lego ex antiquis, comparatum: id est constitutum, & loquendī consuetudine receptum. Terentius in Phor. Quàm iniquè comparatum est: ii qui minus habent, vt semper aliquid addant diuitioribus. Cicero in Lælio, Quoniam ita comparata est ratio vitæ naturæq; nostræ, vt alia ætas oriatur ex alia. ἡ τὴν καὶ ἡσυχίαν τὸ τὴ φύσιν καὶ τὴ βίαν τὴ ἡμετέραν.

IN eodē cap. Nam cū dicitur apud veteres agnatorū gētiliumq;, q; pro separatione accipitur. Accursius non rectè gētiles cognatos interpretatus est: quia vtroq; vocabulo agnati intelligūtur. Verum gētilitas agnatorū erat clarioris familiæ. Morem autē eum fuisse antiquorū, vt hæc duo in sermone iungerēt, ex illo prouerbio apparet, quo Varro & Columella vsi sunt, Ad agnatos & gentiles est deducēdus. de quo satis est à nobis alibi dictum, atque etiā de iure

Agnati, & gentiles.

de iure gentilitatis. & alioquin gentiles non tam agnati sunt, quàm cognomines. Vnde Cicero Seruium Tullium, qui Romanorū rex fuit, gentile suū vocat. Inde illud Plinianū lib. xxxiii. Singuli Marcipores Luciporesve dominorum gētiles victū in promiscuo habebāt. quibus verbis significat priscos Romanos singulis seruis cōtētos fuisse. quare Marcipores quasi Marci pueri vel Lucii vocabātur, quasi ministri & asseclæ, vt Græci *παῖδες* vocāt seruos. quod in numerosa familia postea fieri nō potuit. Fabius in primo, In seruis (inquit) iam intercidit genus illud nominis quod ducebatur à domino : vnde Marcipores, Publipores. Qui ergo dicebat agnatos gētilesq̃, & eiufdē gētis, & cognomines significabat. Falsus est etiā in eo Accursius, quòd separatū & disiunctum pro eodem accepit: cum Paulus hoc intelligi voluerit, gentiles separatos ab agnatis esse. Aliud est enim disiunctiua particula, *ἡ ἀλλοτρίων μέρων* : & aliud separatiua, *ἀπὸ χειρὸν*. Cicero in Top. Gentiles sunt qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorū maiorum nemo seruitutē seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Nihil enim video Scæuolam pontificē ad hanc definitionem addidisse. Secundum hoc non vt quisque agnatus est alicui, ita etiam gentilis est : nec quisque alicui gentilis est genere, non etiam agnatus est. Quare longè abfuit Accursius à mente Iurisconsulti, cum ait hic gētiles cognatos significari. Verum est tamen (vt diximus) gentiles interdum esse, qui non ex eadem familia sint: vt M. Tullius Seruio Tullio regi.

I D E M Accursius in cap. Impensæ, non intellexit quid sit loricatio. non est enim cælatura in modū lorice facta: sed cū lorica sit in vniuersum cuiusq̃ rei tutela & protectio & munimētū, id est: *πρόβλημα, σκέπασμα, ἢ τὸ στέρον* u: tum verò lorica pars murorū est & structurarū. Vitruuius lib. ii. de lateritiis parietibus loquēs, Cum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à vētis deiectæ, quæ possit ex imbribus aqua pluere: nō patietur lorica testacea lædi laterē, sed proiectura coronarū reiiciet extra perpēdiculū stillas. Loricā appellat coronarū proiecturā, quæ sit in parietibus eiuscemodi. Curtius lib. viii. Angusta muri corona erat. nō pinna, sicut alibi, fastigiū eius distinxerant: sed perpetua lorica obducta transitū sepserat. Itaq̃ rex hērebat magis quàm stabat in margine, clypeo vndique incidētia tela propulsans. Loricam appellat structuram fastigiatam, quæ aquā pluuiā vtrinq̃ dispellit extra perpendicularū veluti suggrundulis prominentibus. Capistratæ huiuscemodi structuræ à structuribus nostris appellantur. In pauimentis etiam ruderatis lorica appellatur corium ē marmore tuso cum calce & arena, Vitruuius lib. sexto: Itaque si necessitas urgeat, vt minimè vitiosa fiant, sic erit faciēdum. cum coaxatum fuerit, in super altera coaxatio trāsfuersa sternatur, clauisq̃ præfixa duplicem præbeat contiguationi loricationem : deinde ruderi nouo tertia pars testæ tusæ admisceatur. Varro lib. pri. de re rustica, Parietes & solū opere tectorio marmorato loricandi. Hoc in loco Paulus huiuscemodi loricationē significauit, quæ nōnihil simile vel operis tectorii habeat ad picturam admittendam: vel in summis structuris aliquid elegātius, cohonestamēti gratia factū potius, quàm structuræ protegendæ. à Græcis *θεικωσις* dicitur. Homerus in Odyss. *χαλκοί μὲν ποίχῃ, πῶδ' δὲ θεικῶς, κυανοῖο*. id est, ὁ ποδὲς ἔχει κύκλος οἰοναὶ σέφανος. A lorica loricare verbum

dictum. Plinius de ichneumone loquens in octauo, Mergit se limo sapius, siccatq; sole: mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. Quem loquendi modum ab Aristotele ipse mutuatus est libro sexto de histo. animalium. de apris enim loquens ita inquit, Mirabilia inter se prælia conferunt, sese ad ea loricantes, tergoraq; sua in summam crassitudinem artificio comparantes, ea ad arbores affricantes, & cæno oblita subinde afficâtes. Sed hæc significatio ab lorica militari ducta est. *θωρακίζοντες ἑαυτοὺς, καὶ ποικίλεις τὸ δέμας παχύτατον ἐκ παρασκευῆς.*

IN cap. Cū bisextus. Cato putat mēsem intercalare addititiū esse: omnesq; dies eius pro momēto tēporis obseruat: extremoq; die mensis Februarii attribuit Quintus Mutius. Mēsis autē intercalaris cōstat ex diebus. xxix. Accurcius existimauit Catonē & Mutiū à Celfo reprehēdi vt absurda dicētes: quare ad huius dicti sensum percipiēdū, adnotādū hic esse duxi id quod Macrobius lib. primo Satur. his verbis dixit, Cum Romani ex distributione Pōpili ad lunæ cursum, sicut Græci, annū propriū cōputarent: necessario etiā intercalarem mēsem instituerūt more Græcorū: & reliqua, quæ de intercalatione auctor ille profecutus est. Hoc autem intercalādorū mēsiū institutum Cæsaris ætatē præcessit. Quare hic Quintus Mutius P. filius & Cato, à Celfo nominati sunt Iurisperiti antiquiores Cæsare, vt auctor est Pōponius in cap. altero De origine iuris. De quo Cæsare Tranquillus ita scribit, Conuersus hinc ad ordinādum reipublicæ statū, fastos correxit, iam pridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, vt neque messium feriæ æstati, neque vindemiarū autumnō cōpeterent: annumq; ad cursum solis accommodauit, vt CCCLXV. dierū esset: & intercalario mēse sublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quod autē magis in posterū ē Calēdis Ianuariis nobis tēporum ratio cōgrueret: inter Nouēbrem & Decembrē mēsem interiecit duos alios. Fuitq; is annus quo hæc cōstituebātur, quindecim mēsiū cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. Ex his satis declaratur, nō absurda esse quæ Cato & Mutius dixerūt de mēse qui intercalabatur eo tempore quo annum Lunæ cursus nō solis moderabatur. Id demum scrupulū facit, quod de mēse intercalari dicitur, esse eum dierū vndetriginta. Macrobius enim in loco suprā citato: Sed nōdum errore (inquit) comperto per octo annos nonaginta, quasi superfundendos Græcorū exemplo computabant dies: alternisq; annis binos vicenos, alternis ternos vicenos intercalantes, expensabant intercalationibus quatuor. Et rursus, Hoc autem (inquit) errore iam cognito, hæc species emēdationis inducāta est. Tercio quoque octennio ita intercalandos dispensabāt dies, vt nō nonaginta, sed LXVI. intercalaret. Secundum hoc dictū Macrobi, mēsis qui intercalatur, XXIX. dierū esse nō potuit. Quare scire nos oportet, mēsem intercalarem dici non modò eum qui intercalatur, sed etiā in quo intercalatur. Prior intercalatitiū dici potest, id est *παρεμβλημένος*: quo modo Cato censuit mēsem intercalarem addititiū esse, qui in vsu post Cæsarem nō fuit. Posterior *εμβολιμαῖος* Græcè dicitur: cuiusmodi est Februarius hodie, quem Celsus vndetriginta dierum esse dixit, non ex Catonis ille quidem aut Mutii, sed ex sua persona loquens. Græce

Mensis intercalaris.

Græce autem *εμβόλιμος* vtranzq; significationem habet. Plinius annum intercalarem pro bifextili dixit. Liuius mensem intercalarium, vt Macrobius vocauit, de Lucio Scipione loquens, Triumphauit mense intercalario, pridie Cal. Martias. Cicero ad Ligarium, Ego tamen cum ad I I I. Cal intercalares rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Cæsarem. & reliqua. Calendas vt opinor Martias significauit. Omni enim intercalationi (inquit Macrobius) mensis Februarius deputatus est. Quod autem Cato de intercalari additio dixit, hunc ferme sensum habet: Mensis intercalatus ad spatia temporum ætatūque metienda dinumerandaque non procedit: cum id reliquis annis defuerit quod intercalari additur: qui anni nihilo secius in numerū processerunt ætatū & temporū, licet nec pleni essent anni, nec iusti. Itaq; hic annus licet diebus mensibusve redundet, nō tamen longior maiorve esse cæteris, Iuris peritorum interpretatione censetur. Neque vero magnopere mirum est intercalandi varietate antiquissimos esse vsos: cū etiam illa Cæsariana, qua nunc utimur, cum cursu solis anni moderatoris nō satis quadrare videatur. Ephemerides astronomorum hodierno tempore æquinoctium vernum ad quintumdecimum Cal. Apriles, qui dies est duodeuicesimus Martii, peractum esse significant. Nam cum omnes cardines temporū in octaua signorum parte cōficiantur, si Plinio credimus auctori earū rerum grauissimo, & astronomi introitum solis in cancrum ad vndecimum mensis Martii signent, qui quintus Iduum appellatur: octauo utiq; inde die æquinoctium peragi ea ratione existimandum est: qui duodeuicesimus est mēsis eius. At Columella & Plinius, qui Cæsaris secuti sunt rationem, æquinoctium vernum octauo Calendas Apriles fieri dicūt, qui quartus est & vicesimus mensis. Quare facile est iudicare, tantam esse temporis intercapedinem inter æquinoctium nostrum, & id quod à Cæsare signatum est, quanta est inter quintumdecimum Calend. & octauum. tot enim diebus æquinoctium quod sequimur, Cæsarianum æquinoctium anteuertit. Quæ ratio Cæsariana si mille ac quingētis annis tot dierum spatio aberrauit à solis vestigiis, quò tandem euasura est nisi à mathematicis aliquādo corrigatur? quod nisi fiat, quid causæ est, quin æquinoctiū vernum in Februarium tandem retroactum iri existimemus? De difficultate autem assignandi eius æquinoctii, aliarumq; temporis dimensionum Plinius loquens, ita inquit, Addidere difficultatē & auctores diuersis in locis obseruando, mox etiam in iisdem diuersa prodendo. Tres autem fuere sectæ, Chaldeæ, Aegyptia, Græca. His addit apud nos quartam Cæsar dictator, annos ad solis cursum redigēs singulos, Sosigene perito scientiæ eius adhibito: & ea ipsa ratio postea comperto errore correctæ est, ita vt duodecim annis continuis non intercalaretur: quia cœperat sydera annus morari, qui prius antecederat: & Sosigenes ipse tribus commentationibus, quanquam diligentior esset cæteris, non cessauit tamen addubitare ipse semet corrigendo. Ex his verbis Plinii intelligimus iam tum Cæsaris tempore intelligi cœptum, intercalandi quadrantis rationem non planè esse exactam ad obseruationem temporum. Accedit auctor Columella, qui libro decimo, Bruma (inquit) conficitur circa octauum Calend. Ianuarii, in octaua parte Capricorni. Nec me fallit Hipparchi ratio,

Anus intercalaris.

Mensis intercalarius.

Intercalatio Cæsariana.

quæ docet solstitia & æquinoctia non octauis, sed primis partibus signorum confici. Verùm in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi & Metonis antiquorùmque fastos astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis : quia & notior est ista vetus agricolis concepta opinio: nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus (vt aiunt) rusticorū literis necessaria est. Hactenus Columella. Cum igitur (vt coniectura colligo) prima illa siue prior Sosigenis intercalatio, multo maior quadrāte diei fuisset, solis vtique cursum quasi morari ac retardare cœperat: quippe cum annus vertens, qui solis ipse eadem in vestigia reditu conficitur, minor esset eo anno quo Romani vtebātur, id est anno ciuili, intercalationis vitio. Postea errore cōperto, cum aliam rationem Romani instituisent: intercalandi (vt ita dicam) cōpendio, in errorē diuersum mortales adduxerunt, vt iam Cæsaris rationē sequentes, non morari solem, vt antea, sed vrgeri accelerarēque videamur, annūque vertentem anno ciuili septem dierum interuallo anteuertamus: & veluti solem currentem præprope re incitemus. Eodem porro errore reliquos etiam temporum cardines retroagentes, solem ipsum eorum moderatorem solstitio & bruma alteroq; æquinoctio itidem adurgere videmur. Siquidē omnes temporū cardines in octaua parte signorum peraguntur, vt antea ex Plinio docuimus, & Columella libro xii. Plinius, Omnes (inquit) hæ differētia fiunt in octauis partibus signorum. Bruma capricorni, ab octa. Calend. Ianua. ferè. æquinoctium vernum arietis, solstitium Cancri, alterūque æquinoctium Libræ. Cui congruit quod alibi eodem libro dicit, Solstitiū peragi in octaua parte Cancri & octauo Cal. Iulii diximus. magnus hic anni cardo. Idemq; ipse antea dixerat libro secundo, capite duodetricesimo. Apud Columellā autē libro. xii. legitur, VIII. Cal. Iulias sol introitū in Cancrum facit. quæ verba esse corrupta argumēto sunt verba quæ subsequuntur post vnum & alterum versum, Viii. & vii. & vi. Cal. Iulias solstitiū. Et rursus inferius, Octauo Calēd. Octobris & vii. & vi. æquinoctium autumnale. Aliud est enim solstitium, & aliud introitus in Cancrū: cum introitus in prima parte, & solstitium in octaua fiat. Quare apud Columellam ita legendum videtur in loco suprā citato, XV. vel xiii. Calend. Iul. sol introitum in Cancrum facit. facile enim fuit notas numerorum corrumpti. Proinde cum Columellæ ætate, qui circa Cæsaris tempora fuit, solstitium peragi non modo octauo, sed etiā sexto Calend. Iulias censeretur: qui dies festus est diuo Baptistæ: si retrorsus inde dies numeres octo, in diem septimūdecimum mensis incurres, id est in quintumdecimum Cal. Iulias, quo die solis est ingressus in Cancrum. nostri autē Mathematici eum tertiodecimo attribuant, qui tertius est Iduum. Quod si à sexto Calēd. quo peragitur solstitium secundum Columellam, retro numeres: ad vndeicesimum peruenies, & maius erit interstitiū. Iam æquinoctiū autumnale hodie statuere astronomi videntur ad decimum diem Calē. Octobris, qui vicesimus est Septembris: cum introitū solis in Libram xiii. die signent Idibus eiusdem mensis. At Columella, XIII. (inquit) Calendas Octobres sol in Librā transitū facit. Et paulo post, VIII. (inquit) Cal. Octobres, & vii. & vi. æquinoctiū autumnale. Denique introitū solis in Capricornū hodie ephemeridum editores xii. die Decembris

cembris obseruāt, id est pridie Iduum. De quo Columella, XVI. (inquit) Cal. Ianuarii sol in Capricornum transitum facit, Brumale solstitium, vt Hipparcho placet. Et inferius, IX. Calen. Ianuarii Brumale solstitium, sicut Chaldæi obseruant. hætenus ille. Nos igitur hodie pridie Idus Septembris introitum solis in Capricornum statuimus: ideoq; Brumam in octaua parte, id est decimo quarto Cal. Ianuarias, id est vndeicesimo die Decembris. Traditio autē Columellæ quarto & vicesimo die statuit, id est nono Calend. quod est peruigium natalis saluatoris nostri. Plinius autē octauo Calend. attribuit, id est natali dominico. Ex quibus manifestum est nos ab antiquorum obseruatione quinque dierum interstitio vt minimum abscessisse. quanquam & apud priuscos parum eiusmodi obseruationis computationisque ratio constitit, vtpote quum Hipparcho cum Chaldæis non conuenerit: nisi quod Hipparchus obseruasse videtur solstitium cū oriretur, Chaldæi cū perageretur, vt & Plinius fecit. Quod si hodie fastos constituere in mentem iis veniret, quibus id licet pro potestate facere: vt quarto quoque anno diem vnum intercalarem habemus, ita trecentesimo ferè anno exemptilem vnum in posterum haberemus, ita vt primo anno bisextili dies illi aut quinque aut plursculi, qui hætenus excreuerunt & nunc redundant, semel eximerentur. Exemptiles dies. Huiusmodi autem diebus olim Græci utebantur, *ἡμερομίσθους* vocantes. Id quod Cicero in tertia Verriana refert. Difficultas autem rei exactè constituendæ inde oritur, quod orbis signiferi circuli in trecentis sexaginta gradus tribuitur, quæ partes maximi circuli à sphaericis auctoribus appellantur: quarum vnaquæque pars in sexaginta particulas diuiditur, quæ minuta vocantur: & rursus minuta hæc singula primaria in sexagena minuta secundaria. At diligentissimi mathematicorum tradiderunt solem orbe suo eccentrico ita ferri, vt ex aduerso motionis celestis, quæ orbes omnes secum rapit, in singulos dies minuta vnde sexagena & octona circiter secundaria quotidie retrocedat, quarum computatio, & in asses in horasque collectio, rem inexplicabilem reddit: cum eo quidem, quod vt collectæ fuerint quantumuis exquisitè, tamē partitio in annos aliquot distribui ita exacte nequit, intercalationeq; adæquari, vt non aliquid aut excurrat aut desit. Hoc autem non ambigetur (vt opinor) si quis intentius animaduertit, intercalationē quadrantis paulo maiusculam esse, quàm vt cum fine anni vertentis competeret. indeq; factum vt cessim semper eamus à tempore Cæsaris, ab eiusque obseruatione temporum. His etiam causis accedere forsitan illud potest quod Columella lib. pri. his verbis inquit, Multos enim iam memorabiles auctores comperi persuasum habere, longo æui situ qualitatem cæli statimque mutari: eorumque consultissimum astrologiæ professorem Hipparchum prodidisse, tempus fore, quo cardines mundi loco mouerentur. Cui conuenit Plinii dictum lib. xxxvi. qui de gnomonis cuiusdam mutatione loquens ita inquit, Hæc dierum obseruatio xxx. iam ferè annis non congruit: siue solis ipsius dissono cursu & cæli aliqua ratione mutato: siue vniuersa tellure aliquid à centro suo dimota, vt deprehēdi & in aliis locis accipio: siue vrbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto.

IN cap. Spadonū, Thilibiæ & Talasix.) Thilibiæ & Thlasix hic legēdū Ioā-

Spadones.

nes Craſtonus iandiu adnotauit. apud quosdā tamen Thladiæ dicuntur: *θλαδαι*. Paulus Aegineta lib. vi. de eunuchismo loquens, Duplex (inquit) eunuchos faciendi ratio. Partim enim collifione, partim exectiōne fiunt. Prius illud genus hoc modō fit, Pueros adhuc infantes in peluim infidere faciunt aqua calidā. deinde cum corpuscula flaccuerint, in ipſa pelui digitis teſticulos collidunt, quoaduſque euanidi abeant, nec iam concreto coagmento contrectationem ſubeant. *ὁ μὲν γὰρ θλαδῶσιν, ὁ δὲ κατ' ἐκζέμην*. Spadones ſunt quibus cremæſteres ſunt euulſi: id eſt nerui quibus colei ſuſpenſi ſunt.

Nudiusquartusdecimus.

IN cap. Anniculus, Ante diem decimū Calendarum, & poſt diem decimum Calendarum, vtroq; ſermone vndecima dies ſignificatur.) Hoc loco (vt opinor) Paulus lectorem morari hoc gripho voluit potius quā docere. Quare non immerito hoc dictum Accuſius malam literam vocat. Laurentius libro iiii. elegantiarum meminit, nec tamen interpretandum cenſuit. Ipſe quidem duobus modis intelligi hoc poſſe arbitror. vno modo, vt vndecimā diem præcedentis menſis intelligamus: altero ſubſequentis, à quo Calendæ nomen ſortiuntur: vt verbi gratia, Ante diem decimū Calendarū Martii facturū te aliquid cū ſpōnderis, certum eſt te vicesimum diem Februarii ſignificaffe: qui decimus eſt à Calendis Martii, & quo die Romani decimo Calēdas dicere ac ſcribere ſolebant. Et ruſus cū dixeris te facturum poſt diem decimū Calendarum, intelligere potero diem vndecimum Martii, inter quem & Calendas nouem dies intercedunt. Eſt enim vndecimus dies non Calendarum, vt ille prior, ſed dierū menſis à quo Calendæ denominantur. Priorem interpretationem vix probare iis poterimus, qui cenſent eundem diem ſignificari cū dicimus decimo Calendas Martii vel Aprilis, & ante diem decimū Cal. id eſt decimo die ante Calendas, quod loquendi cōpendio decimo Calendas dici inſtitutum eſt. In qua ſentētia ego ſum, Ciceronis auctoritate ductus, apud quem in Philippica vltima ſic legitur, Memoria tenent me ante diem xiiii. Cal. Ianuarii principē reuocandæ libertatis fuiſſe. quibus verbis eum diem ſignificauit, quo die xiiii. Cal. Ianu. dicitur: vt ex Philippica quinta liquet. quā orationē cū Cicero in Senatu haberet Calendis Ianuariis, Recordamini (inquit) qui dies nudius tertius decimus fuerit: quantus conſenſus veſtrum, quanta virtus. Dies enim tertius decimus à Calendis Ianuariis retrō numerū agēdo, eſt dies quo dicitur xiiii. Cal. Ianua. qui eſt vicesimus Decembris. quare in Philippica vltima non diem xiiii. ſed xiii. Cal. legendum eſſe cenſeo. Nam ſi numeri nota vno puncto non redundaret, Cicero nudius quartus decimus in quinta Philippica dixiſſet, cū nudius tertius decimus nō ſemel ibi legatur. etiam ſi Laurentius mendosè legi cēſet. in quo ei minimè aſſenſus ſum: ſicut nec de eo quod apud Plautum legitur. De xiii. enim die Ciceronem intellexiſſe, verba quæ alibi in eadem oratione ſequuntur, ſatis declarant: Hoc dies (inquit) xii. proſecerunt: vt quem nemo præter Cotylam vnum inuentus ſit qui defenderet, is habeat iam patronos etiā conſulares. Cæterum mos hic loquēdi, de quo nūc agitur, creber apud antiquos fuit. Idem Cicero ad Atticum, de Quinto fratre, Nuncii nobis triſtes nec varii venerant ex ante diem Nonarum Iun. vſq; ad pridie Cal. Septēb. Et in Catil. Dixi in Senatu cædem te optimatum cōtuliffe in ante

in ante diem quintū Calēd. Nouemb. Liuius, Consules Prætorēsq; vsq; ante diem quintum Cal. Maias Romæ Latinæ tenuerunt. Est autem loquendi modus per verborū transpositionē receptus, vt exaudire hæc verba ita debeamus, vsq; diem quintū antē Cal. Sic Græci, πρὸ πέντε καλενδῶν ἰανουαρίων. Lactantius libro quarto Diui. institut. Tyberii Cæsaris anno quintodecimo, duobus geminis consulibus ante diem decimum Cal. April. Iudæi Christum cruci affixerunt. quibus verbis dies tertius & vicesimus Martii significatur. id quod si admittamus, verum nō esse videbitur quod Paulus dixit, ante decimum diem Cal. vndecimum diem significare. Vtunque sit, vel ænigmate vel oxymoro Paulus detinere lectorem voluisse mihi videtur: vt nunc mittā quòd hallucinari potuit. Fortasse autē aliud est ante diem decimum Calendas, qui sermo per transpositionem receptus est, vt diximus, hoc modo, decimo ante Calendas, & ante diem decimum Calendarum, qui ita vt illud resolui nō potest: vt sit decimus Calend. Aprilium tertius & vicesimus Martii: & ante diē decimū Calendarum vndecimus, id est secundus & vicesimus eiusdem: post diem autem decimum Cal. Aprilium, sit dies vndecimus Aprilis. Cum ergo dicit Paulus, Vtroq; enim sermone vndecima dies significatur: id subintelligendū reliquit, si alterum sermonē retrò, alterū porrò agas: vt alter sit mensis sequētis, & alter præcedentis. Quòd si de iis mensibus intelligatur qui vnde uiginti Calendas habēt: vt verbi gratia si dicas, Decimo Cal. Decēb. pridie & postridie eius diei erit vndecima dies, siue porrouersus numeres, siue retrorsus. nam vicesimus secundus dies erit vndecimo Cal. & vicesimus quartus erit vndecimus Cal. id est vndecimus à decimonono Cal. Secundū quam interpretationem cū eodem nomine vocetur, tamen non idem erit dies. Huiusmodi ferme est apud Gellium lib. vii. Quoad viuet, & quoad morietur. Conuenire hic etiā videtur illa quæstio apud eundem agitata lib. xi. quid sit intra Calendas.

Ante diem
quintū Calē.
& similia.

I N cap. Masurius, verbum Græcum restituendū. Quosdam eam quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit: quam Græci παλλακίω vocant.

I N cap. Carbonum, Sed & de balariis idem est. Legēdum Balanis. Et inferius, non stoboli sed strobili legendum. Strobili prima breui nuces sunt pinæ, & venti procellosi, qui conuolutim grassantur. Balani sunt glandes, & id quod glandis forma ad subducendam aluum in podicem manu inditur, apud auctores medicinæ.

Strobili.
Balani.

I N cap. In lege censoria. Lex censoria non à censu, vt Accursius dixit, sed à censoribus: quorū erat munus portoria vectigaliaq; locare. Liuius lib. iiii. de censura loquens, Sub ditione eius magistratus publicorum ius priuatorumq; locorū, vectigalia populi Ro. sub nutu atq; arbitrio sunt. Quod autē sequitur, Constitutū est eam domū vnicuiq; nostrū debere existimari, vbi quis sedes & tabulas haberet, suarumq; rerum cōstitutionē fecisset: interpretatione egeret, nisi in priorē editione huiusmodi animaduersionū docuissēmus eas tabulas his verbis significari, quas instituti prisca fuit vnumquemq; sibi de domesticæ ratione facere, à Græcis ephemeridas dictas. Cornelius nepos de Pōponio Attico, Cū in primis lautus esset eques Ro. & non parū liberaliter domum suā omnium ordinū homines inuitaret: scimus nō amplius quàm terna

Tabulæ domesticæ, id est ephemerides.

Tolerare.

millia æris in singulos menses ex ephemeride eū expensum sumptui ferre solitum. Ibidē, Ex quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret. Tolerare hoc in loco est quod Græci *αὐξιλῶ* dicunt, καὶ ἀφ' αὐξιλῶ: id est modicē & summa parsimonia vivere. *ἐπενόμειος* ζῶν. Plato, νομῆ δ' αὖ δειξάν πολλὰν. Thucyd. νεμόμενοι τὰ αὐτῶν ἔχουσιν ὥστε ἀφ' αὐξιλῶ. quibus opponitur *ἐπιζιλῶ* ἢ κατὰ ζῶν, τὰ τ' ἐστὶ ἐκ πεταμείως ζῶν. Cæsar lib. iii. belli ciuilib, Libenter etiā ex perfugis agnoscebamus equos eorum tolerari: reliqua verò iumenta interisse. id est quoquo modo sustentari. Idem, Erat summa inopia, adeò vt foliis ex arboribus strictis, & teneris arborū radicibus cōtus equos alerent, & cogerētur his rationibus equitatū tolerare. δ' ἰσπακὸν δ' ἡκαρπεῖαν. Tolerare vitā. Tacitus, Multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitam. A Græcis sermo tractus, à quibus *ἰσπακὸν δ' ἡκαρπεῖαν* vocantur sese tolerantes: hac ratione, quòd qui facere non sustinent, ἀφ' ἡκαρπεῖαν dicuntur, & inedia vitam finire..

Vua edulis & cibaria.

Duracina vua.

I N cap. Qui fundum: deest vnū verbum Græcum: Nuces & ficus & vuas duntaxat duracinas & purpureas, & quæ eiusdē generis essent, quas non vini causa haberemus: quas Græci *φώξιμος* appellant.) Sic in antiquo legimus, & Politianus in epistolis animaduertisse se scripsit. *φώξιμος* edulis & cibaria escariāque Latinè dicitur. Plinius lib. xiiii. In pergulis verò (inquit) feruntur vuæ escariæ appellatæ: è duracinis albæ nigræq;. Idem, Confemina nigra: vino minimè durate: vua maximè post quindecim dies quàm vlla alia: minus fertilis, sed cibaria. Duracinas autem à duritia acinorum dictas, ex eodem auctore nouimus: qui de Italia loquens, Vua (inquit) non alibi gratior callo: vnde possit inuenisse nomen duracinæ durus acinus. Idem etiam purpurearum meminit. Tranquillus ex epistola Augusti, Dum lectica ex regia domum redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi. Sic autem duracina vua, vt ficus duricoria dicitur.

I N cap. Liberorū, Totiens enim leges necessariā dicunt cognationē singulorū nominibus vti.) Sic in antiquis legitur, & apud Accursiū: sed tamen planum est animaduertentibus mēdosam esse lectionē, sicq; reconcinnandā, Toties enim leges necessarium ducunt cognationū singularum nominibus vti.

I N cap. Si calumniatur. Telum, desunt tria verba Græca, quæ sic in meo libro restituenda duxi, antiqui exemplaris obseruatione nonnihil in hoc loco adiutus. In. Telum, Dictum ab eo quòd in longinquum mittitur, à Græca voce *τὸ λόθεν* figuratum. Et paulo post, Nam quod nos telum appellamus, illi *βέλος* appellant. Et rursus inferius, Et id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine *τόξον* vocatur.

Pharmacopolæ.

I N cap. Qui venenum, legendum, Cum id quod nos venenum dicimus, Græci *φάρμακον* dicunt.) Pharmacopon apud Græcos in vtranq; partē significationem habet. Vnde Pharmacopolæ medicamentarii dicti: quorum ministri Pharmacotribæ dicuntur, medicamenta pilo pincentes, in mortarioq; terentes. & antipharmaca antidota, & quasi venenorum venena. Dioscorides de iuglandibus, Contra venena (inquit) exitialia vim habent antipharmaci: siue à veneno hausto esitentur, siue antè edantur. Dicuntur etiam *ἀλεξίφάρμακα*, quasi venenum amolientia, & vim veneni expultricem habētia: quæ cum ante venenum

nenum fumuntur, πεφυλακτικά etiā appellantur. Inferius autem area Homericis versibus ex Odyssæ libro quarto replenda.

τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχω φάρμακα μνηύοντα,
ἰδὲ δ' αὖτ' ἢ πολὺ δάμνα πόρε οἶνος παράχοιτις,
Αἰγυπτῇ, τῇ πλεῖστα φέρει ζέδωρος ἀρχαῖα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἰδὲ δ' αὖτ' ἐμμεγέληα, πολλὰ δὲ λυγρὰ.

Tyndaris hæc habuit summo Ioue nata venena,
Quæ Polydamna dedit coniunx Aegyptia Thonis,
Commoda, consulte medica composita sub arte:
Multa legens Pharia folers tellure venena,

Noxia permixtim carpens quoque commoda multa,

Hæc medicamenta data esse Helenæ ab vxore Thonis Thebis in Aegypto, auctor est Diodorus in secūdo. Locus autē ille Homeri celebratus est à Græcis ob Nepenthes illud quod Helena cū Telemachum cum Pisistrato hospitio suscepisset, in cōuiuīū attulit, in vinūmq; iniecit: cuius medicamēti erat ea vis & facultas, vt omnīū malorū obliuionem ingeneraret. Siquidē vsq; adeo latificum erat, atque exhilarans potores, vt qui vinū eo temperatū hauisset, nullam ille lachrymā eo die emittere posset: non si ambo eius parentes mortē eo die obiuissent: non si liberi eius in ipsius conspectu cōtrucidati fuissent. Propterea eiusmodi pharmaca μνηύοντα vocat Homerus, id est χητὶ πῶν θεωρητικῶν τέχνῳ ἐσκευασμένα, vt inquit Plutarchus. Plinius libro quinto & vicesimo de inuentione herbarū loquēs: Homerus (inquit) primus doctrinarū & antiquitatis parens, multus aliās in admiratione Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit, tum etiam cū rigaretur Aegyptus illa, non autem esset postea fluminis limo inuecta: herbas certē Aegyptias à regis vxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes obliuionē tristitiæ veniāmq; afferens, & ab Helena vtiq; omnibus mortalibus propinandū. Quod dictum Plinius ex Theophrasto accepit lib. nono de hist. plantarum, qui quod Plinius obliuionē tristitiæ veniāmq; afferre dixit, quasi ἀλφειὰν πένθος immunitatē vacationēque, ipse λήθην ποιεῖν καὶ ἀπάθειαν τῇ κακῶν dixerat. Fortasse autē Plinius apud Theophrastū nō ἀπάθειαν, quasi indolentiā & impatibilitatē malorū, sed ἀπένθεσιν legit, quasi luctus veniā. quod verbum alludit ad νηπενθές: vt suspicari fubeat Plinium scripsisse, Obliuionem tristitiæ veniāmq; luctus afferre. Meminit etiam nepenthus libro vno & vicesimo idem Plinius. Macrobius septimo Satur. Non minus autem quàm dulcedo vini hilarant verba conuiuīum. Nam si Homeri latentem prudentiam inscruteris altius, delenimentum illud quod Helena vino miscuit, non herba fuit, non ex India succus: sed narrandi opportunitas, quæ hospitem mœroris oblitum flexit ad gaudium. Meminit & Philostratus in vita Apollonii libro septimo. Νηπενθές autem (vt inquit Eustathius) dicitur ὁ μόνον ἐπερμελύνον πένθος, ἀλλὰ καὶ σόρισκον, ὃ ὅστιν ἄλυπον.

νηπενθές ἀγρόν τε κακῶν ἐδίληθον ἀπάντων.

Locus autem integer apud Homerum sic legitur,

ἐνθ' αὖτ' ἄλλ' εὐχόμεσ' ἐλένη Διὸς ἐκχευαῖα.
αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἐνθεν ἔπινον,

Νηπυνθίς τ' ἄλγόν τε, κακῶν ἰδίησιν ἀπάντων.

ὃς εἰ καταβρέξαιον, ἐπὶ λῶ κρατῇι μεγάν,
 Οὐκ αὖ ἐφημέριός γε βάλοι χυτὶ δάκρυ παραιῶν,
 οὐδ' αἶ οἱ καταπθναίῃ μήτηρ τε πάτηρ τε,
 οὐδ' αἶ οἱ πεπάρτοιθεν ἀδελφεὸν, ἢ φίλον υἱόν
 χαλκῶ θηϊόων, ὃ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὄρωτο.
 τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα κακῶν ἰούσιντα,
 ἐδλά, τὰ ἢ πολὺ δαμνα πόρε ὀδνός παρὰ κούρῃς
 Αἴγυπτιν, τῇ πλεῖστα φέρει ζέδωρος ἄρσεν
 φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐδλά μεμυγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ.

Hic Helenæ subiit vino miscere venenum,
 Soluere quod luctus, iras sopire minaces,
 Quod memori fertur residues abstergere sensus
 Sortis acerbæ animo: atque obliuia ferre malorum.
 Qui semel id patera mixtum nepenthes Iaccho
 Hauferit, inde diem totum non fuderit vllam
 Ille oculis lachrymam: non si suauissima proles,
 Si germanus ei charus matérve patérve
 Oppetat ante oculos ferro confossus atroci.
 Tyndaris hæc habuit summo Ioue nata venena,
 Quæ Polydamna dedit coniunx Aegyptia Thonis
 Commoda, consulte medica composita sub arte:
 Ipsa etenim Pharia solers tellure venena
 Noxia multa legit, mixtimq; salubria multa.

Sequitur in eodem capite, Glandis appellatione omnis fructus continetur, vt Iabolenus ait, exemplo Græci sermonis, *σπυγός*: apud quos omnes arborum species appellantur. Quem locū ex antiquo exemplari sic lego, Apud quos omnes arborum species *ἀκρόσφυα* appellantur. Species autem hic sic accipitur, vt in cap. vlti. suprā De muneribus. Nam harum specierum curatores, quos *σπυγῶνες* & *ἐλαειμπέρες* Græci appellant, creari moris est. Et species horreariæ in titulo De conditis in publicis horreis, libro decimo Codicis. Prisci autē Græci omne genus arboris *σπυγός* appellatione intellexerunt. Est autem *σπυγός* proprie robur: vnde Dryidæ Gallorū sacerdotes appellati, vt auctor est Plinius libro sextodecimo. Ab hoc vocabulo *σπυγῶκος* & *σπυγῶτης* deriuata: in quibus dictionibus vestigia primigeniæ illius significationis apparent. *σπυγῶτης* enim dicuntur fructus adulti & maturi, quasi iam ex arbore casuri: vnde drupæ oliuæ. Plinius libro xv. de oleo loquens, Optima autem ætas ad decerpendum inter copiam bonitatēque incipiente bacca nigrescere: nostri vocāt drupas: Græci verò drypeteis. παρὰ τὴν *σπυγῶν* igitur fit dictio *ἀκρόσφυα*: quo verbo Gaius omnem fructum significari dixit. Propriè tamen *ἀκρόσφυα* à Græcis appellantur quæ in ambitu lignosum putamen habent: id est τὰ εἰς ξυλῶδους ἐκτὸς ἔχοντα καὶ πᾶσι τὰ ἄκρα, καὶ τὸ *σπυγῶν* ὡς. quod genus appellatione nucum apud Latinos continetur: id est τὰ *καρυιῶν*. Cōtrā autem quæ poma dicimus, vt sunt cydonia, malāque reliqua, pruna, cerasa, & similia: à Græcis *ὀπώρα* dicuntur singulari

lari numero. Iulianus in epistolis, καὶ δένδρα παντοῖαν ὁπώραν φέροντα. vnde ὁπώραναι eorum fructuum negociatores apud Demosthenē, vt σιτώναι & πλώναι. Quæ autem glandis appellatione apud scriptores intelliguntur, à Græcis βαλανηροὶ vocantur. Latior est autem Iurisperitorum ex edicto interpretatio, vt hic Caius tradidit.

IN capite, Pupillus, lego, Incola est qui in aliquam regionem domiciliū suum contulit: quem Græci παροικον vocant. Sic enim antiquum exemplar legēdum esse, non leuem fidem facere mihi visum est literarum vestigia offeruanti, fugiētia illa quidem & obscura, sed aliquam imaginem lectionis verisimilis retinentia: cum frequentius incola μέτοικος appelletur, vt alibi diximus. Cicero in Officiis, Peregrini autem & incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere: nihil de alieno inquirere: minimèque in aliena re. curiosum esse. Huiuscemodi incola fuit Abrahamus ille inclytus in terra pollicitationis. τίσει παρῳκῆσαι ἐς γλῶττι ἐπαχελίας. Quare ad Ephesios secundo cap. Ergo iam (inquit Apostolus) non estis hospites & incolæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici dei. καὶ ἐπὶ ἐς ἐξέροι καὶ παροικοι. vel ad verbum, Iam non estis peregrini & incolæ, sed municipes estis sanctorum, & in familia domini. Apostolus enim Græcarum etiam rerum gnarus perinde vt linguae fuit: quamobrem in epistolis, translationibus non paucis vsus est ad Græcorum ritus institutāque alludentibus. Sequitur in eodem cap. Aduena est quem Græci ἐπικοινον appellant, eiusdem exemplaris fide adductus. ἐπικοινοί, id est aduenæ & coloni, duorum sunt generum. Quidam enim indigenis exactis ad incolendum ciuitatem quampiam veniunt: vt apud Thucydidem, ἐποίκας ἑαυτῶν ἐπιμύσαν ἀθλωαῖσι. E corpore suo miserūt Atheniēses qui in vrbe exhausta habitarent. Quidam autē ideo mittuntur, vt tanquam supplementum sint semiplenæ ciuitatis: vt apud Aristotelem in Politicis, ἀπολλωνιάται ὡδοίκας ὡδοαγρόμενοι ἐσασίαν. Apolloniata cum aduenas in suam urbem asciuiſſent, seditione agitati sunt. σωοικοί autem sunt conuenæ diuersis è locis eodem coeuntes ad urbem coniunctis ædificiis condendam: qui alio nomine σύγκλυδες appellantur. quare σωοικίαν Plato ciuitatem appellat, propter domiciliorum coniunctionem. Aduena alioquin à Græcis ἐπιπλως dicitur. Isocrates in Γαληνικῷ, ὁ δὲ πᾶσι πάτερον ἐστὶν ἡγεῖσθαι τῷ ὡδοκλήδεσσι τῷ ἀντιχρόνῳ. id est, Lacedæmonios Atheniensibus imperitare, qui aduenæ sunt: cum Athenienses sint indigenæ Atticæ.

IN cap. Malum. Plumbū, Plumbum autē quod pro tegulis poneretur, ædificii esse Labeo ait: sed id quod in ripa ypatheii tegēdi caussa poneretur, contrā esse.) Lego ex antiqui obseruatione hypathrii: vt in prior editione animaduertisse nos iam pridē scripsimus, cū de hoc vocabulo differeremus.

IN cap. Statue, Statue affixæ basibus struētilibus.) Siquis id legerit quod alibi de struētili opere struēturaq; scripsimus, facile percipiet Accursium huius dicti sententiam non esse affecutum. Bases struētilis sunt veluti sedimēta columnarum, nō solido lapide cæsa, sed opere cæmentitio lateritiōve coagmētata: quibus columnæ βεβήκασαν, id est nituntur, ipse quidem solido lapide constantes. Quas ideo (vt opinor) partem ædium non esse respondit Pom-

- ponius, quòd solidi lapidis scapus videri non potest cohærere cum basi quæ structili opere constat: quare pars eius corporis esse nō potest, quod dissimili opere compositū est. In eodem cap. Prothyrū quod in ædibus interdū fieri solet, ædiū est. Prothyrū est vestibulum domus, ita de priuatis ædibus dictū, vt Propylæum de vestibulo vrbis vel templi vel regiæ: quāquam Aristoteles de regia Persarum loquens in libro de Mundo, *πρὸς θυρον* iunxit & *πυλῶν*. Plinius lib. xxxvi. Non postferuntur & Charites in propylæis Atheniensium, quas Socrates fecit alius ille quā pictor. Prothyrū tamen aliter à Græcis, aliter à Latinis accipi, auctor est Vitruuius libro sexto. de vocabulis Græcis loquens quæ apud Græcos Latinosque non eodem significato accipiuntur: Prothyra (inquit) Græcè dicuntur quæ sunt ante ianuam vestibula: nos autem appellamus Prothyra quæ Græcè dicuntur Diathyra. Nec addidit quid hoc vocabulo intelligere debeamus. Ego autē existimo *πρὸς θυρον* esse obicem transferrariū ductilem aut versatilem: id est repagulum ē materia compactum, quod & vehicula & equos à vestibulo ædium arcet: qualia multa Lutetiæ videntur. In quo significato hoc in loco Prothyrum accipiendum censeo. Prothyrum dictum, quasi ianuæ obiectū: vel porro à ianua situm, obicis vicem præbens. Nam alioqui si Prothyron *πρὸν θυρῶνα*, id est vestibulum intelligamus: fieri nequit vt pars ædium nō sit, cum prothyrum inter exemptilia numeretur sine ædium fractura. Nec obstat dictum Gellii, qui Cæcilium Gallum in libro de significatione verborum quæ ad ius ciuile pertinent, ita tradidisse affirmat: Vestibulum non in ipsis ædibus esse dicit, nec partem ædium, sed locum ante ianuam domus vacuum, arcemque per quam à via publica accessus est ad ædeis. Siquidem olim quibus ampliores domos habere licebat, ii ante ianuam locum relinquebant, qui medius inter viam & fores domus esset: qui locus statio erat saluatorum. Apud nos autem huiusmodi vestibula in viam procurrentia longiusculè non sunt duntaxat in priuatis ædibus: nisi quatenus ea quæ diximus prothyra proferre eorum venia licet, quorum de viâ publica statuere munus est: quos ob id viatores (vt opinor) appellare possumus. *ἰσδοπεῖς* appellabant Athenienses.
- Prothyrū.
- Propylæū.
- Diathyron
- Vestibulū.
- Viatores.

S V B titul. De regul. iuris, Omnis diffinitio in iure ciuili periculosa est. parū est enim vt nō subuerti possit.) Lego, Rarū est enim. Accursius diffinitionem duobus modis intelligi posse ait. Vno modo, vt diffinitio sit propria & breuiter cōprehensa rerū substantiæ enunciatio: quæ constat genere, specie, differentibus & propriis, vt inquit Quintilianus. Alio modo, vt sit pluriū rerū summatim facta traditio, quasiq; ad regulā exacta rerū doctrina. Quod si verum est, nō diffinitio sed definitio legi debet, vt verbo Græco respōdeat. Huiusmodi enim definitio Aphorismos Græcè dicitur. Est enim *ἀφορίζειν* κὴ *ἂν ἀφορισμὸς φθίγει*: vt *ζωώσιος* de Hippocrate loquens, *ὅς ἀφορίζειν ἔπει βραχυλογῶν*, *ἔφη πῶ ἐνδείαν ὑγείας εἶναι μητέρα*. Sic enim dicitur vt *ἀποφθέγομαι*, *ἀντὶ τῆ σωτηριακῆς λέγω*. Vnde apophthegmata quasi præcisæ sententiæ, & breuiter circūscriptæ, καὶ *πρῶτοι ἀφορισμοὶ* iidem sunt cum apophthegmatis: dicta scilicet sententiosa, quæ diæteria quidā appellauerūt. Plutarchus in Lycurgo, καὶ *ἂν ἀνὸς ὁ λυκοῦρος βραχυλόγος τις ἔοικε γνῶσι καὶ ἀποφθεγματικός*. Definire autē verbū in ea significatione

Definitio.

Aphorismi.

Apophthegmata.

ficatione legere me nō memini. Ex quo fit vt mirer vnde id aut Accursius acceperit, aut ii vnde Accursius didicit. Vtro autem modo potius hic accipi debeat definitio, non temere inuenias qui affirmare auit, vt opinor. vtrunque enim defendi æque potest. De finitione enim loquens Quintilianus in septimo, Rarissima enim apud oratores reperietur illa ex consuetudine Philosophorum ducta seruitus (est enim certè seruitus) ad certa se verba adstringēdi: idque faciendum in libris Ciceronis de Oratore vetat M. Antonius. Nam est etiam periculosum: cum si vno verbo sit erratum, tota caussa cecidisse videamur: optimaque est illa via qua vtitur Cicero pro Cecinna: vt res proponatur, verba non periclitentur: Etenim Recuperatores, non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum vitamque peruenit: sed etiam multo maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum, loco sæpe & statu dimouet. Difficultas autem finiendi oritur ex subtilitate quæ circa propria ac differentia versatur: vt ipse alibi dixit. Eodem pertinent ea quæ à Cicerone de definitione in Topicis dicuntur.

RELIQVAVM ANNOTATIONVM

index tam latinarum quàm Græcarum dictionum
copiosissimus.

A		Aestimare litem capit 48	ἀνακρίνειν	16	ἀπὸ δὲ τῶν	66. 100. 116
		Aestimatio litis 47	ἀνὰ κριτοῖς	15	ἀπὸ δὲ τῶν	138
Abruptum	90	Ager nouatus, profectus	ἀνακρινόμενος	126	ἀπὸ χωριστοῦ μόριου	131
Abcissum	Ibid.	129	ἀναγραφῆς	97	ἀπὸ δὲ συνόρων	39
Accepto ferre	49	Agere cum patribus 51	ἀνὰ πᾶσι	20	ἀπὸ τῆς	95
Accursij audacia	36	Agere cum populo Ibid.	Anathema	57	ἀπὸ λαοῦ	105
ἀκούειν	45	Agminales equi 115	Andria	12	ἀπὸ γῆς	14
ἀκούειν	98	Agnati & gentiles 130	Androlepsia	75	Apophtegmata	142
ἀκούειν	140	ἀπὸ τῶν	Angaria	43	ἀπὸ τῶν	79
Actionem dictare	1	Agonotheta 125	Animaduertendus locus 23		Aposynagogi	57
Adarare	66	ἀγωνοθέτης	Animaduersio uiri in uxore		ἀπὸ τοῦ	90
Adarata species	Ibid.	Agonothetes Ibid.	rem	37	ἀπὸ τῆς	138
ἀδελφία	18	ἀγωνομοί	Animaduertendi ratio in facie		Apparitores	68
Admissarius	3	Agronomi 116	cinorosos	110	Approbare	49
Admissura	Ibid.	Agrum nouare 129	Annonæ curatores 100		Approbatum opus	Ibid.
Admittere	Ibid.	ἀγρονομία	Annus intercalaris 132		ἀπὸ προσδοκῆς, nec opinato.	3
Admittere equum	4	Album iudicum 102	Anquirere capitis 48		Aqua & igni interdiceretur	56
Adoptio	36	ἀλκιφάρμοτος	Ante diem quintum 137		Aquam perdere	109
Aduenæ	141	ἀλαγαί	Antepilani 92		Aqualicum	118
Aduocare	63	Allegere 98	Antestari 11		Aquilex	Ibid.
Aduocatio	2.63	Allecti 68.98	ἀντιπρόδικτοι	68	Aquileges	Ibid.
Aduocationes uenire	10	ἀμείβεσθαι τοῖς ὁμοίοις	Antiquissimum	89	ἀρχαῖος	54
Aduocatus	63	de Ambitu lex 127	ἀντίτυπον	90	ἀρχαῖος	55
Aedicula	50	ἀμύνειν τοῖς ἴσοις	Aphorismi	142	ἀρχαῖος	68
Aerarij	118	ἀμύνηται	ἀφορισμοί	Ibidem	Archeota	100
Aequi bonique facere	96	ἀμνητος	ἀφορισμὸς	Ibidem	Archippocomus	44
Aestimare litem	47	ἀμνηστία	τὰ ἀφοριστικά	29		

K ij

1

Distrahere

I N P O S T. A N N O T.

Distrahre	129	ἐρημάζειν	65	Græca uerba Latina facta	2	Indicium	13
Diui fratres, de geminis Augustis	31	ἑδνικοὶ	37	Græcæ linguæ cum Latina commercium	17	Indicium profiteri	32
Diuisores	52	Euangelia	126	Grammatophylacium	68	Indicium sibi postulare ibid.	
Δουμοσία	80	Euectiones	3	Grassari	69	Indicta caussa damnari	15
de Dolo actio	5	Euerriculare	43	Grassatores	ibid.	Ingenue artes	128
Donatium	93	Euerriculum	ibidem	Γυμνασιδχία	116	Inire magistratum	126
Doti dicere	17	Eunuchi	136	Γυναικονομία	ibid.	Inquirere	33
Drusus	8	Ex uinculis caussam dicere	66	Gynæciarius	65	Inspectio	99
Δρυπυτῆς	140	14		Gynæconomi	116	Inspectores	ibidem
Δρύφαικτ	ibid.	Ἐδρυπύσσα	66			Inspicere	99
Δρύς	140	Exauctorata legiones	90			Intercalaris annus	132
Ducenarij iudices	112	Exceptionum formulæ	26	H		Intercalaris mensis	ibidem
Duo Augusti primū facti	31	de Exceptionibus	113	ἡλιαία	114	Intercalatio Cesariana	133
Duodecim primi Fraciæ	115	Excusores	118	ἡμίδραχμον	ibid.	Irrepere	45
Duracina uua	138	Exemplum memorabile	54	Herculana pars	124	Iudex quæstionis	35
Δύδδολω	77	Exemptilis dies	135	Herculi dicatæ decimæ	174	Iudex quæstionis in tholo capitalli	33
Dystoca	38	Ἡέξαις	99	Ἡετάρια	12	Iudicare	20
Δυσοκῆν	ibidem	Ἡέξαι	116	Hetariarcha	ibid.	Iudicare perduellionis	ibid.
		Exilij caussa solū uertere	71	Hieremiæ locus	4	Iudicadi munus graue	102
E		Exilium liberum	120	ἱμάτιον	79.130	Iudicandi necessitas inter minus	
Ἐκβιβασικόν	77	Exilium olim non poena leuissimum	71	ἱμάτιον ἀνδρῶν	79	nera personalia habebatur	
Ecdicus	66	Exilium uoluntarium	ibid.	Hipparchia	99.116	109	
ἐκδικηταί	ibidem	Eximere poenæ,noxæ,notæ, & supplicio	42	Hippelates	102	Iudicantium numerus	106
ἐκδικοί	66	expiamētum homicidij	73	Hippocomi	44	Iudices	111
Echemythi & auscultatores	98	Expiator Iupiter	ibidem	Ἰπποκρίτης	138	Iudices & equites	104
ad Edictum respondere	92	Expilator	11	Ἰπποκρίτης	4	Iudices sex & quinquaginta	
ἐγχετακῆται	69	Extorris	57	Ἰπποκρίτης	4	107	
Eleemporis	115	Extraquam, in exceptionibus	26	Ἰπποκρίτης	142	Iudicia Romana	102
ἐλεμπίαι μαθηματικά	128	bus	42	Homicidæ scelerati & abominandi olim	72	Iudicia publica quomodo olim exercebantur	35
ἐλεμπίοι λόγοι	ibidem			Homicidarum poena	56.57	Iudicialis urna	104
ἐμβόλιμον	133			Homicidij expiamētū	73	Iudiciales dies	111
Emerita stipendia	94	F		Hominum oppignerātorum ius	75	Iudicij constitutio	2
Emmeles	61	Fabrorum præfectus	118	Homo sacer	57	Iudicum decuriæ	105
ἐμμελῆς	75	Facere æqui boniq;	96	Hospitalis tessera	ibid.	Iudicū decuriæ quinq;	110
Enopliæ saltationes	61	Facere paria	117	Hospitalium publicum	84	Iudicum reiectio & subfortitio	106
ἐνοπλῆς	111	Feris obiecti	61	Hospitalium inter Milesios & Sybaritas	85	Iudicium dictare	1
ἐνοπλίαι	13	Ferre accepto	49	Hospitalia	84	Iudiciū in senatu factū	108
Ephemerides	137	Ferre quæstionem	34	Hydraulus	65	Iudicium proderere	55
ἐφεμερίδες	99	Fide publica uenire	19	ὑδραυλῆς	97	Iudicium prolesorum	78
ἐφεμερίδες	108	Flagitare	1	ὑπομνηματικά	65	Iudicio circumuenire	32
ἐφεμερίδες	28	Fœderati	86	Hypomnematographi	65	Iudiciorum appellatio	113
ἐφεμερίδες	92	Formulæ exceptionum	26			Iudiciorum præfides dij	111
ἐφεμερίδες	116	Formularij	64			Iupiter expiator	73
Epinicia	3	Forum	114	I		Iupiter hospitalis	84
ἐπινικία	99	Franciæ infœlicitas	53	ἰατρονομία	84	Iupiter sodalitiis	12
Episcopus	ibidem	Franciæ palladium	ibid.	Imaginaria militia	92	Iurisdicctio	113
ἐπίσκοπος	117	Fruementatores	98	Imitari chirographum	42	Iurisdicctio libera	110
ἐπίσκοπος	101	Fur unde	2	Imminuere magistratum	23	Ius pigñerātorū hominū	75
Epistatimi	ibidem	Furtum nec manifestum	3	Imminuere imperium	22	Iusta uxor	27
ἐπιστάται	101			Immunis	129	L	
ἐπιστατοί	96.141	G		Imperandi modi usus	87	Læsa maiestas	21
Equi agminales	115	Gabinetum	65	Impostura	11	Λαχάνα μ. δίκας	32
Equites & iudices	104	Gallinaceus	41	In iudicio	113	Lasciuia	539
Equorum productio	99	Gentiles & agnati	130	In iure	113	Λατρίαι	118
Equum admittere	4	Gerere rem	89	Inauditus	36	Lazari Baifij laus	83
ἐπεμπίαι	94	Gladiatura	60	Incolæ metæci	64	Legati duorum generū	120
ἐπεμπίαι	101					K ij	

●

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

I N P O S T. A N N O T.

omiter conseruare	87	Publicani	105	Sacoma	49	σας δ' Ἰχία	33
Postulare	95	Publicus cursus	101	Sacramento dicere	17	σας δ' Ἰχία	118
de Potestate patria	36	Pulla praetexta	83	Sacrare caput cum bonis	58	σας δ' Ἰχία	106
Præcidere	91	Purpura	82	Seculares artes	128	σας δ' Ἰχία	77
Præcisè	ibidem	Pyrrhicha	61	Sagatus	78	σας δ' Ἰχία	86
Præcisum	90	Pyrrhicharh	ibidem	Sal ex lignum	100	σας δ' Ἰχία	81
Præfectus fabrorum	218	Πυρρῆσαι	61	Σαλαμάνδρας	37	σας δ' Ἰχία	130
Præfractum	90			Saltationes enopllæ	61	σας δ' Ἰχία	94
Præpositi	116			Sapientia libri locus	95	σας δ' Ἰχία	137
Prærogatiua	52	Querere	33	Sardonyx	77	σας δ' Ἰχία	118
Prærogatiua centuria	51	Querere rem	35	Sarta tecta	48	σας δ' Ἰχία	ibidem
Præscribere	26	Quæ sitor	33	Scandularij	118	σας δ' Ἰχία	27
Præsidium & præsidia	92	Quæstio	6.33	Scenici ludi	124	σας δ' Ἰχία	98
praetexta	78	Quæstio constituta	34	Σκηνισμοί	131	σας δ' Ἰχία	68
Prætexta à Prætoze poneba	83	Quæstionis iudex	35	Σκηνισμός	123	σας δ' Ἰχία	2
tur, quando etc.	83	Quæstionis iudex in tholo	33	Schola	60	σας δ' Ἰχία	2
Prætexta pulla	ibidem	capituli	33	Σκηνισμός	39	σας δ' Ἰχία	2
Prætexta toga	82	Quæstionem decernere, po=	35	Scrutari crimina	56	σας δ' Ἰχία	2
Prætextati olim ludos spe=	83	stulare	35	Σκηνισμός	49	σας δ' Ἰχία	105.114
Etabant	33	Quæstionem ferre	34	Securitas	18	σας δ' Ἰχία	19
Prætor	105	Quinqueprimi	115	Seges	119	σας δ' Ἰχία	2
Prætor iudicijs præerat &	28	Quinta classis homines	51	Selectæ sententiæ	105	σας δ' Ἰχία	98
iudicibus	62	Quirites	90	Selecti indices	104	σας δ' Ἰχία	68
Prætoriani	64	Quoad uiuet, quoad morie=	137	Selecti iudicum	106	σας δ' Ἰχία	12
Pragmatici	89	tur		Σελήνη	97	σας δ' Ἰχία	39
Pragmaticarius	78			Senatores Romani	85	σας δ' Ἰχία	44
Presbyteri	ibidem			Sententiæ tabellaris	68	σας δ' Ἰχία	66
προσβασιτικόν		R		Sententiæ interdum palam	111	σας δ' Ἰχία	9
προσβασιτικόν		Ratio constat	94	proferebantur	105	σας δ' Ἰχία	78
Probatum opus & appro=	49	Reatus	6.76	Sententiæ selectæ	12	σας δ' Ἰχία	11
batum	92.131	Recipere inter reos	42	Seruitum	91	σας δ' Ἰχία	141
πρόβλημα	27	Recuperatores	113	Sesqui	47	σας δ' Ἰχία	41
Probrum	30	Recuperatoria iudicia	ibid.	Sestertia dena	98	σας δ' Ἰχία	11
πρόβλημα	63	Referre in reos	42	Σεστέριον	ibidem	σας δ' Ἰχία	ibidem
Procurator	68	Refractarium	90	Σεστέριον	98.116	σας δ' Ἰχία	129
προσγραφὴ	78	Regerere	97	Sitonæ	98	σας δ' Ἰχία	ibidem
Proludere	ibidem	Regeſta	ibidem	Σιτωνία	99.115	σας δ' Ἰχία	ibidem
Prolusio	78	Rei pendentes	13	Σιτωνία	99	σας δ' Ἰχία	ibidem
Prolusorium iudicium	52	de Reiectione iudicum	106	Sitophylaces	98	σας δ' Ἰχία	66
Pronunciare nummos	128	Relegatio	77	Socialis lex	46	σας δ' Ἰχία	102
προσπλάσμα	139	Reliquari	94	Sodales sacerdotes	12	σας δ' Ἰχία	114
Propius esse	117	Rem uel res gerere	89	Sodalitius iupiter	ibid.	σας δ' Ἰχία	41
Propyleum	142	Reorum sordes	6.7.8	Sodalitium m	12	σας δ' Ἰχία	141
προπύλαιον	55	in Reos referre, recipere	42	de Sodalitijs lex	13	σας δ' Ἰχία	ibidem
προπύλαιον	68	Res quaesita	33	Sodalitates	12	σας δ' Ἰχία	97
προπύλαιον	98	Respondere	14	Solidus	65	σας δ' Ἰχία	99
Proficissus ager	129	Respondere ad edictum &	92	Soluendo esse ære alieno	125	σας δ' Ἰχία	11
προσφυγικὸν	98	ad nomen	129	Soluere maiestatem	21	σας δ' Ἰχία	
προσφυγικὸν	88	Restitibilis ager	21	Solum uertere	72	σας δ' Ἰχία	
Prothyrum	142	Retinere maiestatem	42	Σόλυσμα	11	σας δ' Ἰχία	
προθύριον	84	Reum fieri	13	Sordes	6	σας δ' Ἰχία	
προθύριον	77	Reum peragere	43	Sordidus	ibidem	σας δ' Ἰχία	
προθύριον	19	Rheda		Sordidatus	6	σας δ' Ἰχία	
προθύριον	9			Sortes iudiciorum	32	σας δ' Ἰχία	
πύγμα	42	S		de Sortitione iudicum	106	σας δ' Ἰχία	
Publica fide uenire	19	Saccularij	9	Spadones	136	σας δ' Ἰχία	
Publica iudicia quomodo o=	35	Sacer homo	57	Sponsa & pacta	17	σας δ' Ἰχία	
lim exercebantur		Sacerdotes sodales	12	Sportula iudiciales	110	σας δ' Ἰχία	
				σας δ' Ἰχία	61	σας δ' Ἰχία	
				σας δ' Ἰχία	55	σας δ' Ἰχία	

T

Γαμίαις διζυγότοις	100	Thesmotheta	114	Tyroneſ fori	80	Vndecimviri Athenis	
Tapetes, tapetia	130	Θλαδία	136			110	
Τάξις	76	Θρίγκωσις	131	V		Voluntarium exilium	71
Τήβεννα	80	Τιμήματ	51			Vrna iudicialis	104
Τήβων Θ	ibidem	Toga	78.80	Valerij locus	81	Vſurarum lex	25
Τέχναſμα	11	Toga candida, palmata, pi-		Valetudinarij	118	Vtenſilia	123
Τενθνική	118	στο	81	Venenata medicamenta		Vua edulis & cibaria	
Τειχοποιία	115	Toga prætexta	79	37		138	
Τέλειον	79	Toga virilis, & toga pura		Veredus	43	Vxor iuſta	27
Τελώνια	99	79.80		Veruactum	129		
Τηλόδειν	138	Togatus	78	Vestibulum	142	X	
Tempora dicendi libera		Τοιχωρύχοι	11	Veterinarij	118		
108		Tolerare	138	Viatores	142	Xenoparochi	100
Teſſera hoſpitalis	84	Τέξμα	ibidem	Victimarij	119		
Teſtimonium denunciare		Tribunorum militum of-		Vigintiprimi	115	Z	
10		ficium	92	Vigintiviratus	ibidem		
Teſtium rogandorum moſ		Tribunus plebis	8	Vindico	6	Zygoſtatæ	65
30		Τεώβολον	77.110.114	Virgilij locus	33		
Τεγγμίνι	94	Triumviri capitales	110	Virilis animadverſio olim in			
Tetractericus	125	Τρώγιμ Θ	138	uxores	37		
Theſtygona	38	Turba unde	5	Vitis Centurionum	93		
Θραωτοτύφω	88	Tyrbe	ibidem	Vlyſſes ſtolatus	81		

EXCVDEBAT MICHAEL VASCOSANVS
PARISIIS ANN. M. D. XLIII.
CALENDIS OCTOBRIS.



